eſt intentio: qum enim dicant medici: Hec febris maior ſiue fortior eſt priori: idem tamē innuitur debere intelligi. ¶ Febris autē hec ſiue maior ſiue fortior aliquādo prius incipit q̄ ſoleat: aliquādo diutius perſeuerat: aliquādo manet vel īcipit ſicut ſolebat: quod neq̄ attinet magnitudini: neq̄ fortitudini: ſed breuitati potius vel longitudini. Hec periodus quā inter initiū ⁊ ſtatū eſſe dico: ceteris criſib⁹ eſt moleſtior: hec periodus in declinatione eſt melior: Feſtinās anteq̄ ſoleat: ⁊ diuti⁹ durans q̄ ſoleat: ⁊ maior ſeu fortior: ſiue quotidiana ſit ſiue tertiana ſiue quartana morbū faciunt longū ſiue breuem.

¶ Ratione ergo iſta incremēta morbi ſunt perſpiciēda: Si ergo interpolatio febris anteq̄ in prima die incepit: pluſq̄ morans magis ſe confortauerit: augmētatio eſt fortior: criſis velocior: ⁊ ſtatus propīquior. non enī cōuenit vt augmentū ſit fortius: ⁊ ſtatus remotior. ꝙ ſi interpolatio ſm̄ predictos gradus minoret: ſtat⁹ remotior perpēditur vnde planū redditur quādo ſtat⁹ veniat: ⁊ quando acceſſio morbi. Primo cognito ſcit ⁊ diete ordinatio in toto morbo. acceſſiōe cognita ſcitur qua hora cuiuſlibet diei ſit danda. Ex quo autē hypo. dietam ordinare incepit cuilibet egrotāti: ad hoc intēdit vt ſciatur quāta ⁊ quādo debeat dari. Proculdubio nihil aliud incrementa circuituū vocauit: niſi reditū morbi ad id quod fuerat. ꝙ aūt Ex poſt apparētibus. dixit: interpolationes febris ⁊ eſſentiā morbi innuit intelligi: ſiue illa apparētia ſignificatiōes vocētur: ſiue accidētia: que qum ſint cū morbo vel ſequātur: alia criſim: alia coctionem ſignificāt. alia eiuſdem ablatiōem: alia ſignificant perditiōem. ¶ Apparētia ergo cum morbo incipiūt cū ipſo. Sequētia cum morbo aliquādo apparēt: aliquando poſt: aliquādo cū neutro: qum non ſint morbi inſeparabilia accidētia: neq̄ ſubſtātialiter inherētia: ſ; ſunt quedā qualitates ſeparabiliter accidētes. Hec autem accidentia criſim ſignificātia: qum non cū morbo in ſui certo incipiāt initio: in ſui tamē apparēt initio ſecūda ⁊ tertia conſideratiōe: quod poſt hoc explanare cōtingit. Aliquādo accidētia eadē non in initio morbi: ſed in augmento vel ſtatu ſunt apparētia. ¶ Signa autem huius coctiōis nō apparēt certis initijs: ſed in ſecūdo ⁊ tertio cōſiderabis. Signa ablate digeſtōis aliquādo cū morbo in ſui initio incipiūt: aliquādo vero poſt: ⁊ ſimiliter mortis ſignificatiōes ſūt apparētes poſt. In initio morbi apparētes ego explanaui in libro criſeos. Dicit morbi incipiētis initium: cuius tempus eſt indiuiduū. Dicitur etiā initiū pars totius tēpis morbi: ſicut qum morbus habet initiū: augmentū: ſtatum: ⁊ declinatōem. Dicitur etiā initiū quod eſt inter initiū ⁊ tres dies tranſeūtes. ¶ In eodem libro mōſtrauimus virtutē omniū accidentiū que diximus: in quo multa hypocratica inſeruimus huic operi neceſſaria: ⁊ multa de virtutib⁹ breuiter que qui intelligere voluerit: ad eum librū tranſuolet.

Qum autē apparētia poſt eſſentiā morbi ſignificare voluerit: pleureſim ad ſimilitudinē introduxit ſicut enī in pleureſi ſi ſputum cōtinuo apparuit fit morbuſ breuiſ ſi poſterius prolongat. Hoc planius intelliges ſi hic ponatur quod in tertio epidimie hypo. dixit: Anxi⁹ inquit de ciuitate fuit amadia vel andrie vicin⁹ porte borochie regioni oppoſite: qui cōtinua laborās febre ī dextro doluit latere tuſciens ſicce: ⁊ neq̄ in p̄ncipio morbi ſcreās aliquid: ſitiens ⁊ vigilias patiēs: vrina autē ī colore laudabilis multa fuit ⁊ ſubtilis. Die ſexta alienatiōe; ſuſtinuit. qūq̄ multociēs calefieret: non tamē alleuiatus eſt dolor: ſed potius die ſeptima fuit dolor maior febre augmentata: neq̄ dolore minuēte: ſed tuſſi quoq̄ multū impediente ⁊ anhelitu anguſtiāte. octaua die de interiori p̄te brachij phlebotomauit: etiā ſm̄ ꝙ oportuit multū minuit ſanguinis: vnde dolore alleuiāte: tamē tuſſis ſicca remanſit. In .xi. die qum in capite parū ſudauerit: mollior fuit tuſſis atq̄ febris: ⁊ ſcreatus humidior fuit. decimaſeptima die cepit digeſtibili⁹ ſcreare: ſic alleuiāte dolore. vigeſimo die ſudauit criſi veniente: febre quoq̄ ceſſante: ſed tamē ſitim patiebatur: ſed illaudabilis fuit ſcreatus: vnde ⁊ febris .xxvij. die rediit: ſic quoq̄ tuſſiuit multū ⁊ digeſtū ſcreauit. humor reſidēs in vrina apparuit multus ⁊ albus: ſitis ceſſauit ⁊ dormiuit. trigeſimo quarto die toto corpore ſudauit. perfecta igit̄ criſi febris quieuit. Morbus hui⁹ anxij fuit in primis pleureſis: et quia ab initio morbi ſcreare non potuit: vſq̄ in octauū diem protelata eſt tuſſis ſicca: vnde ⁊ morbus vſq̄ ī trigeſimūquartū diem eſt prolōgatus: qum tamē plurima pleureſis quartūdecimū diem non excedat: quā ſi exceſſerit: ad .xx. protenditur. Sed ſi pleuretic⁹ ſcreaſſet die tertia: pro certo veniſſet criſis die ſeptima vel nona vel ad plurimū vndecima. Si ergo iſte tertia ſcreaſſet: morbus decimūquartū non tranſiſſet: quia ſicut in apoſtemate diſcoopto: neq̄ ſub cute celato ſolet eruginoſus apparere ſudor: hic quoq̄ ſubtilis eſt in p̄ncipio: ſed qum incipiat digeri melior eſt ⁊ groſſior priori: ſic iſte ſcreatus in coctiōe eſt diuerſus. alius enī pl⁹: alius minus decoquitur. hic autem manifeſtat̄ in apoſtematib⁹ in ore vel in oculis naſcētibus: in cute ⁊ ſub cute manētibus. ſi.n. cutis per inciſiōem perforet̄ effluit inde ſudor multus ſicut diximus. ſi vero non perforet̄ erugo illa cōtinetur: q̄ dureſcēte apoſtema tarde digeritur. ¶ Idem intelligēdū eſt ⁊ e pleuretico: qum iſte morbus de apoſtematū genere eſſe dignoſcat̄. oportet ergo vt maturatiōes ſue conſiderētur. Si enim nulla ſcreauerit: morbus in vltimitate eſt cruditatis: qui gradus p̄mus eſt in pleuretico ſi parū ⁊ ſubtiliter: non autē morbus in vltimitate cruditatis ē ⁊ ſecūdū gradū facit: ſed ſi ſcreat⁹ fuit magis ingroſſat⁹ tūc non iam morbus crudus erit. Et iſte gradus eſt tertius in pleureſi. ꝙ ſi ſcreatus finaliter ⁊ cōplete ingroſſatus eſt: erit quartus gradus in pleureſi: in qua ſi ſputū groſſius eſt q̄ fuerit ⁊ eſt perfecte coctū: ⁊ in die tertia vel quarta apparuerit: impoſſibile erit morbū ſeptimum diē trāſire. longitudo ergo ⁊ breuitas morbi ſm̄ apparētiam coctiōis ſunt. Sicut enim in ſputo apparēte albo omnibus diebus egritudinis coctōis finalis perfectio ſignificatur: ſic ablatiōe ſputi ablatio ſignificabitur toti⁹ coctiōis. ꝙ ſi ſputū paruū ⁊ ſubtile ſit: parua coctio ſignificabitur. Sed ſi ſputū fuerit purum vel parum rufum: rubeū: vel citriuū: non ſunt laudāda. Eruginoſum: liuidum: ſeu nigrum: perditiōis ſunt ſigna. Bona igitur ⁊ laudabilis ſignificatio erit coctiōis: q̄ proculdubio morbum finiendū velociter innuit: ⁊ ecōtra peſſima perditionē infirmi velociter portēdens. Ablatio coctiōis nō perditōnem vel ſalutem: ſed morbi ſignat longitudinē: virtute tamē infirmi bene perſpecta bene poterit nunciari ſalus futura. Sunt ⁊ alia genera ſignorū que hypocras vocauit cretica: vtpote ſignificātia criſim: ſicut ſunt fluxus ſanguinis: ſudor: ⁊ rigor: ſolutio nimia ventris: nimius vomitus: vrina nimia: dolor capitis nō precedente cauſa: tremor cordis: ⁊ anguſtia ſpiritus ſine precedente cauſa: thetinatio ſub diaphragmate: ſimiliter vigilie: alienatiōes: languores: rigores nocturni ſine cauſa: feſtine febriū accenſiōes: lachryme ſubite ſine oculorum macula: rubor faciei: iectigatio labiorū inferiorum: viſio nigredinis vel ſplēdoris ante ſe ſubita: rubor maxillar ſiue narium: apoſtema ſub auriculis vel in q̄buſlib;

locis. ¶ Hec omnia ⁊ conſimilia ſibi pertinentiũ locorũ appellãtur accidentia propria: ⁊ quaſi ſubſtãtialia ⁊ creticã: ⁊ citum ⁊ velocẽ motum ſignificãtia. Sũtq; duobus modis rei future nũciatiua. Si enim poſt coctiõem morbi appareãt cretica: ſignificantia ſunt certe ſalutis. Si ante morbi coctiõem ſunt illaudabilia: perditiõem vel morbi longitudinẽ portendẽtia ¶ Criſis autẽ ſigna non ſignis coctionũ ſunt ſimilia: teſtãte hypo. in prima particula epidimie: Coctio inquit velocẽ criſim ⁊ fidez ſalutis portẽdit: Sed non ſimiliter cruditas: maxime ſi futura male ſunt pceſſura. Johãniculus: Male pceſſura intẽdit de apoſtematibꝰ cuiuſlibet loci corporis que duobꝰ modis fiunt. vł enim de toto corpe pcedunt vel de exterioribꝰ ad interiora vnde fiũt apoſtemata mala: vel non criſim ſignificãtia vel malã: vel longitudinẽ morbi: vel morbi recidiuatiõem ſignificãtia. Coctiõem taliter laudauit hic hypo. vniuerſaliter: ſed in pnoſticis pticulariter ſic: Vrnia in qua hypoſtaſis alba ⁊ equalis vſq; in diem creticã laudabilior eſt: qũ ſecuritatẽ ⁊ morbi breuitatẽ ſignificet: ⁊ taliter laudauit vrine coctiõem in vaſis ¶ Coctio laudať ſtomachi quz dixerit: Digeſtio inquit laudanda iũcta ⁊ tenera: eodẽ exiens tempe quo ſolita fuerat in ſanitate cuiuſ eſt quãtitas ſm q̧ infirmꝰ accipit. Coctio in ſpũs inſtrumẽtis laudať: qum dixerit: In pulmonis inquit ⁊ coſtarũ doloribꝰ ſputũ velox facile mixtũ cum rubore egrediť: bonũ. Omnes enĩ ſignificationes coctionis ſunt laudabiles: ſed nõ criſim ſignificantia omnia ſigna ſunt laudabilia: ſicut idem hypo. ſignificat. in criſis enĩ tempe apparẽtia: ſi criſis nõ fuerit in preſenti: mortẽ vel creticã moleſtatõem ſunt innuentia: Quod hypo. mõſtrauit qum dixit: Bone criſis non apparẽt ſubito ſigna: ſed ſigna coctiõis quãdocũq; apparent bona ſunt: qum pculdubio bonũ ſignificãt. Vbi ergo dixit: Ex apparẽtibus: quemadmodũ in pleureticis ſputũ ſi continuo appareat inchoantẽ quidem abbreuiat ⁊c. contrariũ non fuit his que modo dixit: Bonam criſim ſignificãtia non oportet eſſe ſubita: qum aliquãdo mala ſint ſigna criſis: coctiõis vero ſigna nunq̃: que ſi cito appareãt: velocitatẽ coctõis monſtrãt. Sufficit his locis breuitas huiꝰ expoſitiõis: quia in libro criſeos pfectiſſime explanaui. Sed quia ſupius diuiſionẽ feci: quã ſemiplenã exponẽdo eſſe volui: explanãde ſunt cũ ſuis differẽtijs ſignificatiões cum morbo exñtes ⁊ morbum cõcomitãtes cum pleureſi: Febris eſt acuta: anguſtie ſpiritus: tuſſis: dolor lateris cum punctura. hec ſunt ſignificatiões pleureſis ſubſtãtiales. Signa pleureſim morbum ſequẽtia ſunt dolores deſcendẽtes in diaphragmate vel aſcendẽtes in furculas. ¶ Johãniculꝰ: Horum duorũ locorũ dolores pleureſim futurã ſunt cõfirmantes: ſimiliter ⁊ ſi infirmꝰ in infirmo melius iacebat latere q̃z in ſano. Araxagoras epiſtiagenſis de ſignis ſequẽtibus morbos duos libros compoſuit. vnũ de poſt apparẽtibus de quibus hic hypo. Si poſt inquit appareant: eucritam ⁊ diſcritã monſtrãt ⁊ longitudinẽ ⁊ breuitatem morbi. Neq; ſolũ ſputũ hoc faciet: ſed vrina egeſtiones ⁊ ſudores: que omnia ad faciendã ſimilitudinẽ introduxit: vt recordaremur quod dixit in pronoſticis: Nos autem in criſeos libris ⁊ in pronoſticis aperuimꝰ ſm q̧ oportuerat]. 13

**Senes facilime ferunt ieiunium: ſecundo conſiſtẽtes: minus uero pueri: horum uero omnium maxime infantes: horum uero ipſorũ quicũq; ſunt animoſiores exiſtẽtes.**

Diuerſitates etatũ intellecte in dieta ordinanda ſunt iuuatiue. Abſtinẽtia enim cibi ſenibus eſt facilis: dura vero pueris. Facilitatẽ enim dixit: qum neq; ſint famelici: neq; noceat eis in aliquo eſuries. duricies ecõtra intelligẽda eſt in pueris. Pueri enĩ citius eſuriũt: ⁊ citius famis nocumẽtum ſubeũt: a cibis longo tempe abſtinẽtes: citius inq̃ q̃z ſecũdo conſiſtentes: qui medij ſunt inter pueros ⁊ ſenes. Scđm vicinitatem autẽ extremitatũ etatũ facilitas ⁊ duricies abſtinẽtie in etatibus intelligẽde ſunt: quod hypo. monſtrauit in aphoriſmo hoc ⁊ ſequẽti: qui inquit: Qui creſcũt plurimum habẽt innatũ calorem. ¶ Johãniculus: Quod plurimũ dixerit calorem innatũ: dupliciter poteſt ĩtelligi. vel plurimũ habent ad aliarũ etatũ: vel ad aliorum hominũ cõparatiõem. Siquis hos duos aphoriſmos vnum fecerit: non anathema ſit. Poteſt quidẽ fieri ſic: Senes facillime ferũt ieiuniũ: ſecũdo conſiſtẽtes facilꝰ minus vero pueri: omniũ vero horum maxime ĩſantes: horum vero ipſorũ quicũq; ſunt animoſiores exiſtẽtes. Qui enim creſcũt plurimũ habent innatũ calorẽ. Secũdo conſiſtẽtes intelliguntť: quorum etas inter perfectaz iuuentutẽ ⁊ ſenectutẽ mediatur: vtpote qui qum iuuẽtutem perfectã tranſeũt: nondũ tamẽ ſenes fiant]: quos Theophyl. ſecũdo conſiſtẽtes appellat: inter quos ⁊ pueros alia eſt etas harum duarũ media: que ſicut eſt media: ita mediocriter neceſſe eſt vt abſtineat: neq; facile ſicut ſenex: neq; dure ſicut pueri: ſed medie ſunt impatiẽtes. Hanc etatẽ pretermiſit hypo. vbi lector per ſe intelligat. q̧ autem infantes animoſiores minus dixit eẽ patientes: naturalẽ oſtendit diuerſitatẽ: qum animoſiores maiorẽ habeant calorẽ naturalẽ: vnde multũ nocet eis ſi vltra modum abſtinuerint. ¶ Nota aũt q̧ dixit Senes: non ſeniores. q̧ ſi vtroſq; in ſenibus denotaſſet tũc ieiuniũ ferre facile cibo paruo contẽtos dixit eſſe: qum decrepiti non facile ieiuniũ ferant: neq; tamen ciborũ multam quãtitatẽ capiant: quia natura eorum eſt ſicut lucerna ad extinguẽdũ parata: que qum fere extinguatur querit vt paucũ oleum adminiſtreť. ſi enim plus nimio abundauerit citiſſime eam extinguit. Itidẽ huiuſmodi etas paruũ cibum ſibi expetit: neq; multũ tempꝰ ad accipiendũ indicat: quod cur euenerit cauſas incipit dicere dicendo: infantes ſz et pueri 14

**Qui creſcunt plurimum habent innatum calorem: plurimo igitur indigent nutrimẽto: Si uero nõ: cõſumitur corpus. Senibus uero paruus calor ineſt. ppter hoc igiť paucis fomẽtis indigẽt: a multis. n. extinguiť cibis calor. Propter hoc igiť ⁊ febres ſenibus non ſimiliter acute fiũt: frigidũ enim corpus habent.**

In libro de cõplexionibꝰ mõſtrauimus q̧ calor a quibuſdaz medicis in iuuẽtute pfecta maior eſſe dicatur: qui calorẽ infantiuz intẽdunt eſſe maiorẽ ad humorum ſuorum corporũ cõparationẽ. Alij intelligũt ĩfantes maiorẽ habere calorẽ: q̃z iuuenes: q2 calor in iuuenibꝰ acutior ⁊ fortior ſm eos videť eſſe: ſed ſubiectũ in infãtibus vbi calor eſt abundãtius. Neceſſitas ergo inſeq̃tur vt quãuis h multũ poſſemꝰ dicere de hac

re tñ breuiter dicam: Aliqñ hi calorẽ ꝓprie intellgũt ſolã qualitatẽ: aliqñ ſubiectũ qđ ſm eã quale denominatiue dicit: qđ cõſuetudinariũ fuit oĩbus: ⁊ maxime antiquioribꝰ. Theofraſtꝰ vero in quodã ſuo libro quẽ fecit de calido ⁊ frigido inquit: Corpus cõtrarias qualitates diuerſis ſuſcipiẽs tẽporibus: qñ calorẽ calidũ: qum frigus ſuſcipit frigiduꝫ appellat. Dicimus autẽ caloreꝫ multuꝫ eſſe ex ſubiecti eum ſuſcipiẽtis cõſideratiõe. Suſcipitur autem calor maior vel minor vel cum confuſiõe ſubſtãtie vel non confuſiõe. In non confuſa ſubſtãtia: veluti ſi duo vaſa inequalia impleta calida aqua in quãtitate caloris nõ erũt paria: dicẽtes ergo alterũ altero calidius eſſe: de maiori vaſe hoc intelligere debere. In confuſa ſubſtãtia maior ⁊ minor vocabitur eſſe calor: velut ſi duo vaſa equalia vino ⁊ aqua mixtis ſint plena: ſed tamen ex commixtiõe inequali: dicimus: In hoc vaſe pluſ vinũ abundat: in altero vero aqua. Et ſimiliter ſi vtrũqꝫ in vtroqꝫ vaſe equaliter miſceatur. Aliquãdo vero non quãtitas: ſed ſola in his intelligitur qualitas. Dicimꝰ ergo: Calor in hoc vaſe maior eſt: in illo vero minor. Duobus quoqꝫ vaſis in quãtitate equalibꝰ: ſi in vno calida eſt: in altero calidior habeat: dicimus: In hoc vaſe calor maior eſt: in illo vero minor. quod tamẽ eſt abuſiuũ qum Fortior ⁊ debilior dicere deberemus: que qualitatiua ſunt: non quãtitatiua: quãtitas ſoli ſubſtãtie ſeruatur. Qua abuſione non ſolum vulgus: ſed etiam medici vtũtur: dicentes morbum maiorẽ vel minorẽ: qum morbus non ſubſtantia ſit: ſimiliter febrem maiorẽ vel minorem: itidem de epilepſia maiori ⁊ minori: ⁊ pleureſi: ⁊ ceteris. In qua nominũ equiuocatiõe intentiõem dicentis oportet conſiderare: ne ſiquis infamet dicentẽ diuerſa: potius ſit dignus infamia: non bene perpẽdens ſua dicta. Unde quidã hypo. hic obuiant in calore dicẽtes eum intellexiſſe qualitatẽ ſolam: qum ipe calidã intellexerit ſubſtantiã. Subiectũ eniꝫ caloris naturalis ſꝫ ſubſtãtiam aeream ⁊ aquoſam eſt videri ſicut ſperma videmus: in quo ſubſtantiã terreſtrẽ inuenimus paruã: quꝫ plurimũ habeat caliditatẽ ⁊ humiditatẽ: ſicut diximus in libro de ſpermate ⁊ ſanguine menſtruo: quibus conficitur humanũ corpus. Sanguis enim menſtruꝰ naturaliter eſt calidus ⁊ humidus. Quꝫ autem corpora humana mutant in terreſtria: ſicut in initijs videmus augmẽtari: vnde ⁊ ſi calidiſſimũ ſit nature ignee erit: vnde ⁊ in his calor naturalis neceſſe eſt ꝙ paruꝰ ſit: qđ ſi non foret: calor naturalis in febribus multus foret: ſed qum non ſit in ipſis qualis ante fuit: quomodo ergo maior erit? Calor naturalis enim tẽperate ꝯplexiõis eſt: ignee vero accidẽtalis. Quod autem de corporibꝰ accidẽtali calore diſſoluitur fumo igneo: calidũ ⁊ ſiccũ eſſe ꝓbat. fumus enim caloris naturalis temperatus eſt ⁊ ſuauis: quod tactus etiam teſtat. Calor enim in ſanis ſuauis et gratus tactui: neqꝫ nocumentũ: neqꝫ puncturã ingerit: ſed in febricitantibꝰ maxime in ſolidis artubus. ⁊ calor qui eſt de humorũ putredinibꝰ horribilis eſt ⁊ acutus: ⁊ tactui pũgitiuus. Qualitas autem caloris naturalis ſanorum ⁊ in infantibꝰ certa ⁊ perfecta inuenit. Perfectio autem iuuẽtutis calorẽ habet pungitiuũ ⁊ non humectatiuũ: neqꝫ iſta mirabilis erit natura. Quicqđ eniꝫ de qualibet re diſſoluit ei vnde diſſoluitur neceſſe ẽ vt aſſimilet. Si ergo infantis ſubſtãtia vnde fumꝰ diſſoluitur aerea eſt ⁊ humida: ⁊ diſſolutũ ſuaue erit ⁊ humidũ. ꝙ ſi ſubſtãtia terreſtris eſt ⁊ ſicca: ⁊ diſſolutũ fumũ habebit acutũ ⁊ ſiccum: ſicut ĩ exterioribus videmꝰ ꝙ fumus de aqua dulci diſſolutus ſuauis eſt: ⁊ gratus: ⁊ humectans. Siccorũ autem corporũ calor qum incendat ſiccus eſt ⁊ acutus. Calor autẽ corporis duobus modis ſe habet. aut eſt ſuauis ⁊ gratus: aut acutus ⁊ ingratus. Suauis ⁊ gratus plurimꝰ eſt in infantibꝰ: ingratꝰ ⁊ acutus in iuuenibus. Quod ſi proſpiciat phyſice: planius erit videre. Videamꝰ ergo elemẽta in quibus pro poſſe noſtro hec reddent plana. Elemẽta enim ex quibꝰ omĩa corpora conficiũtur: terra: aqua: aer: ⁊ ignis eſſe vident. ſubſtãtia autem infantiũ ex parte materie eſt parum terreſtris: maxime autem aerea eſt ⁊ aquoſa. Iuuentꝰ perfecta his eſt cõtraria: quia ſi ſm quartũ elementũ caloreꝫ in vtriſqꝫ diximus equũ: non tamẽ eſt poſſibile ſubſtantiam calidã in his equalẽ eſſe. Subſtãtia enim calida in infantibꝰ eſt humida: in iuuenibꝰ eſt ſicca. ¶ Iohãnicius: Hypo. hic intendit ſuauitatẽ eſſe in infantibꝰ: contrariũ vero in iuuenibus. Quicquid vero dixit ad quãtitatem reſpexit corporis. Subſtãtia enim humida dignꝰ calori naturali ſubijcitur: quꝫ corpora noſtra de ſubſtãtia humida conficiant. Subſtãtia ſicca calore extra mutato eſt calida. Si ergo pueri ſunt plus aerei qꝫ calidi neceſſe eſt plus abũdare calore naturali. Iuuenes qꝫto magis terreſtres ſunt: ⁊ minꝰ abũdant humorũ: tãto minus calore naturali neceſſe eſt abũdare. Quicquid autẽ de ſubſtãtia humida diſſoluit: multo magis eſt qꝫ quod de ſicca: etſi in calore ſint paria: quod etiam videt in exterioribus corporibꝰ. Si enim corpus humidũ ⁊ ſiccum equaliter calefiet: proculdubio multo plus diſſoluit de humido. oleo enim ⁊ aqua calefactis: ex aqua plꝰ ꝯſtat diſſolui. Ubi vero calor paucus: ⁊ cibus expetit paucus Si enim paucis carbonibꝰ multa ligna aggregentur: neceſſe eſt vt ignis extinguat. ꝙ autẽ dixit ſenibus non acutas febres eſſe ſicut iuuenibus: ſine dubio eorꝫ corpora oſtendit eſſe frigidiora. Si enim febris nihil aliud eſt qꝫ calor naturalis in igneũ mutatus: conſtat hũc tñ nõ mutari in ſenibus ſicut in iuuenibꝰ: in quibus multitudo caloris facile ad vltimitatẽ deuenit: non ergo ſenes tantũ febriũt qꝫtũ iuuenes. ꝙ ſi acute febriũt: ſunt ſigna perditiõis ex magnitudine ſui ⁊ ex debilitate ſubiecti. Hec hypocratica volentibꝰ: ⁊ non cõtra eum cauillantibus hic pauca ſufficiãt que diximus. Luce cõtra hypo. cauillanti ſatis in quadã epiſtola reſpondi: quã ita intitulaui: Hypocratẽ nõ peccaſſe vbi dicit: Qui creſcũt: calorẽ hñt innatũ plurimũ.

15

**Uentres hyeme ⁊ uere calidiſſimi ſunt natura: ⁊ ſomni longiſſimi. In his ergo temporibuſ oblatiões plures dande ſunt. Eteniꝫ innatus calor eſt multus: nutrimẽto igitur ampliori indiget. Signũ ⁊ etates ⁊ athlete.**

Tempora anni multũ dant adiutoriũ in ordinãda dieta cibi. in hyeme vero maiorẽ ciborũ videmus appetitũ ⁊ maiorẽ digeſtiõem: in eſtate vero contrariũ: quod bene diffiniuit: qum ventres calidiſſimos natura hyeme ⁊ vere dixit. Hoc autem quare ſit ſubiungendo expoſuit: Etenim innatus calor multus: multo ergo indigent nutrimẽto. Neqꝫ calorem abſolute dixit: ſed innatum. i. naturalẽ determinãdo appoſuit. Naturam caloris naturalis in precedẽtibus dixit. Cur autem accreſcat in hyeme: innuitur alibi ab hypocrate: Calor inquit in hyeme interiora ingreditur: ⁊ ibidẽ adunatur. In eſtate autem ſue ſimilitudini gaudens exteriora petens diſſoluit: ⁊ in corpore minorat. Quia ergo in hyeme digeritur multum: ⁊ multus cibus erit appetenduſ. Sequitur ergo: Et ſomni longiſſimi: propter

longitudinē noctis. Somno autem quātū natura iuuetur bonum eſt perpēdere. ꝙ etates ⁊ athlete ſignū eſſe ſubintulit in fine multum calorē oſtendit multo nutrimento indigere. Pueri quia ſunt multi caloris: multo indigēt nutrimēto. Et ſimiliter etiā athlete ex nimietate ſui exercitij calor augmentaᵗ naturalis: ⁊ hi ergo multo indigent nutrimēto. Sed nō vniuerſaliter hoc in omnibus intelligendū animalibꝰ: ſunt enī accipiēda in cauernis hyeme accubātia: que nō tūc multo indigent nutrimēto. Si enī tantūdē comederēt hoc tempe non poſſent illud digerere. Hoc aūt idem patiūtur quidā homines qum lauanᵗ frigida aqua. ꝙ ſi homies ꝗ corpe deficiunt in frigida aqua balneenᵗ: corpa infrigidanᵗ ⁊ nocet eis: vnde ⁊ male patiunᵗ. fortes tamē corpibꝰ pmo recipiūt calorē in interioribꝰ: poſt vo plus calefiūt calore ad exteriora redeūte. Hoc aūt ſimiliter in animalibus frigide nature conſiderādū eſt: quorū calor hyemis frigiditate ſupaᵗ: vnde ⁊ quaſi mortua inueniunᵗ ⁊ in cauernis accubātia: quedā inſenſibilia ⁊ nullū motū habētia: quedā ibidem peuntia. Sed calidiora ⁊ ſanguine abundantia patiunᵗ hyeme idem quod humana corpa ꝗ fortiora ſunt qum lauanᵗ frigida aqua: in quibꝰ calor petit interiora. Caro vo eorū lꝫ videaᵗ minorari dum balneāᵗ nō tamē cū calore interiora dicēda eſt petere: ſed potiꝰ intro vadūt calor ⁊ ſanguis: que cauſa ſunt carnis. Quꝫ aūt humana corpa ſpiritu ſubſiſtāt ⁊ ſanguine: ſpermatis quoqꝫ humectatiōe: ſicut in libro noſtro monſtrauimus de ſpermate: in quo ſperma diximꝰ ſubſtātialē cauſam mēbroꝝ corpis: ⁊ ex ipo corpꝰ augmētari ⁊ nutriri: manifeſtū eſt meliorē digeſtiōem fieri ſi ſanguis ⁊ ſpūs interioribꝰ corpis cōgregēᵗ: qꝺ nō ſolū hypo. teſtaᵗ: ſed etiam in his duobus tēporibꝰ multū nutrimētū dandū profitetur. Quibus in tempibus ſi pauca diſſoluanᵗ: nō multus cibus dandus eſt: qum cibus ad diſſoluta recuperanda ſit. neceſſarius. Unde ex ipſo ſenſu verū dixiſſe hypo. comprobaᵗ. non ſolum enim his temporibꝰ ſi nō bene digeritur: ſed ſi etiam parum comedūt corpora infrigidanᵗ: ⁊ maxime impediūtur. Si autem vltra modū comedūt: non id patiūtur quod multū comedētes alijs temporibꝰ. In quibus dictis non ſolum hypo. redarguitur: ſed etiam omnes faciētes idem repellūtur. Nullus enim eſt qui non fateaᵗ corpus humanū diſſolui: lꝫ incomphenſibili ſenſu: ſolo tamē intellectu: quod oſtēdit neceſſitas reficiendi. ſi enim in eodem ſtatu permanerꝫ: nec de corpore diſſolutereᵗ: non ſibi eſſet neceſſariꝰ cibꝰ.

¶ Perpendis ne omnis impugnator hypo. nullam obiectiōem tuam: nulla reſponſiōe hypo. vel ſuorū diſcipulorum eſſe dignā. qum eniꝫ hypo. nihil inconcuſſū dimiſerit: ego vice ſui non dubitabo tibi refragari: Quicquid inquā animal ab īitio ſui ꝯficit: cōplet quoqꝫ atqꝫ regit tripliciter ſit: quorū vnum calor naturalᵗ: qui quꝫ ſit cauſa omnis actiōis: maxime ī hyeme: neceſſario appetituꝫ augmētat: ⁊ digeſtionē confortat: ſanguinē auget ī corpore: diſſoluta a corpore ſupfluitate reſtaurat: purgatōne diſſoluit a corpore ſuperfluitatēꝫ: ⁊ ideo multꝰ cibus detur. Exterior vo calor nō ſolum diſſoluit ſuperfluitatem coporis: ſed etiaꝫ rem naturalē que corpꝰ cuſtodit. ſed diſſolutio que occulta vocaᵗ a medicis: a ſolo calore naturali ſit: qui ſolus naturalᵗ eſt aniali: ſicut hypocras dixit: ⁊ nos oſtendimꝰ in libro de virtute naturali. h nō ſolum appetitū facit conuenibilē: digeſtionēꝫ quoqꝫ ⁊ cuilibet mēbro aſſimilationē: ſed etiaꝫ cibi expellit ſupfluitatēꝫ. Qum ergo calor nālis ſit fortior: diſſolutio ſuperfluitatis tertie digeſtiōis ſit ſenſui occultior. vñ Dioſorus dixit: Sudor eniꝫ extra naturā ſit. ſi enī curſus corporis ſm curſuꝫ nāe ſit: ⁊ nā cibo dominās ipſum vicerit: non ad cutem ſupfluitas cibi mandaᵗ ſenſibilis. Sudor eniꝫ in laborantibꝰ vel nimis exercitantibꝰ: vel etiaꝫ in eſtiuis ex nature ſit fatigationibꝰ. Curſus etiaꝫ corporis in hyeme ⁊ vere eſt cōuenibilis: ſi inquā temperatus ſit: ſin autē: econtrario. Hypo. enī in fine huius libri hec tēpora blaſphemat: ſi non ſint tempata. Uirtus aūt actiōis caloris naturalis ſi cibum in ſtomacho bene digerit: teſtaᵗ in hyeme corpus ſm naturalē curſum bene ſe habere: quia hoc tempore calor naturalᵗ augmentaᵗ in īteriori corpore. ſomnꝰ ſit longiſſimꝰ. ſuperfluitas tertie digeſtionis diſſoluiᵗ vel expelliᵗ: lꝫ nō ſentiaᵗ. fumoſa quoqꝫ cū anhelitu: groſſa cum vrina egrediūᵗ. Hypoſtaſis ergo vrine ſetulētior eſt in hyeme ꝙ̄ꝫ in eſtate ⁊ ꝙ̄ꝫtitas maioraᵗ vrine: corpꝰ magis nutritur: caro augmentur: ſanguis multiplicaᵗ ordinatōe moduꝫ non excedente. Si eniꝫ hec turbenᵗ: omnia cōtraria ſequanᵗ.

¶ Iohannicꝰ: Natura intelligiᵗ res regens ⁊ cuſtodiens corpus: Que a medicis quattuor diciᵗ modis. vna ē virtus regens corpꝰ: altera forma ⁊ cōpoſitio corporis: tertia complexio ſui: quarta autē conſuetudo nature. Gal. Si qualitas inꝗt vel quātitas corporis inquiraᵗ in mlᵗtitudine ſanguinis ⁊ carnis ex multa comeſtiōe ſit: ⁊ ex digeſtione equali: non ſolū ſtomachi ſed etiā venaꝝ corporis ⁊ membroꝝ totius corpis: qꝺ vulgus ī rei veritate exptū eſt: purgās ſanguinē in fine verꝭ ⁊ añ initiū eſtatis. Sic enī eſtate ſupueniente calidiſſima: maximū periculꝫ ſe ſubire eſtimāt: ſi non ſe purgauerint: quꝫ calor eſtatis ſanguinē diſſoluat: ⁊ chimos ſemp ſparſiꝫ ebulire faciat. vene aūt inculcanᵗ: lꝫ antea ſibi cōuenientes eē videanᵗ: vñ aut crepant: aut putreſiunt: aut ad mēbra debiliora humores malos mittūt: quibꝰ phlegmones: heriſipile: alijue morbi ſiūt: ſm nām ipſoꝝ humoꝝ: Que oīa atteſtaᵗ in hoc aphoriſmo hypo. In his inꝗt horis non ſolū corpꝰ plus digerit: ſꝫ ⁊ multo plꝰ ciboꝝ dandū eſt ſibi: qꝛ cibꝰ ad cōpationē caloris nālis expetiᵗ ſi nō ſubeat calor extraneꝰ ſic̄ diximꝰ: quo hūoribꝰ generatꝭ cibꝰ minuaᵗ. Hypo. nō idē hic tractauit ꝺ vere ſic̄ de eſtate: qꝺ tñ ego intactū relinꝗre nolo. Dico ḡ ꝙ initiū verꝭ ſiᵐlius eſt hyemi ꝙ̄ꝫ eſtati: eꝫ vo finis. Aliqñ ver totū eſt frigidū: ſic̄ hyēs aliqñ ca. ſic̄ eſtas: vñ ⁊ ī initio verꝭ oꝫ cibū ordinari ſic̄ ī hyeme ordiandū erat. ſꝫ tñ ſi totū friguēit ver: velut ī hyeme ordiandꝰ ē. In verꝭ fine ⁊ totiꝰ caloris: ordināda ē dieta ſic̄ in eſtate. ſi mediocre fuerit: mediocritas diete tenēda eſt: que oīa ſanis ſūt ordināda vlᵗ obſuāda. poſt enī infirmoꝝ ſubinfereᵗ dieta. 16

## Humide diete omnibꝰ febricitantibus ꝯferūt: maxime uero pueris ⁊ alijs ſic aſſuetis refici.

Precedēs aphoriſmꝰ de ꝙ̄ꝫtitate cibi: ſubſeꝗnſ de ꝗlitate tetigit: ī quo mlᵗta iuuamēta ſub breuitate īduxit hypo. Primū quō febricitātes oporteat nutrire dixit: 2° ꝗlr nutriāᵗ ſani. Res. n. eꝰ nāꝫ ꝑ ꝯriū ducēda ad ſuā ꝓpaꝫ nām: opari ecōtrario inſtruit: nālia. n. ſm ſiᵐlitudinē ſunt ꝯſuāda. In febribꝰ. n. qꝛ febris eſt morbꝰ calidꝰ ⁊ ſiccꝰ: qū febris nihil aliud ſit ꝙ̄ꝫ color nālᵗ mutatꝰ in igneū: hūida dieta dabiᵗ. in nā. n. exñte ex etate vlᵗ ꝯſuetudine hūida nō ſm ꝯriū: ſꝫ ſm ſiᵐlitudinē dieta ē dāda. Oꝫ. n. nām corpū cuſtodire: ⁊ ñ minuē nec mutare: ſic̄ ī morbis facē ē. Qui vo ī hydropicꝭ cū febribꝰ repugnare hypo. arbitrāᵗ: ꝙ ñ hūidis ſꝫ ſiccꝭ dietāᵗ: in ordināda maxime dieta deſipierūt: que multū hoc loco neceſſaria ē: ſꝫ in megategni hec a nobis aptiꝰ explanata ſūt. vbi ſinguli morbi: ſiplices ſiplici medicamīe medicabūᵗ

compoſiti compoſitis: vel equalibus: vel vno magis altero minus ¶ Hydropici vero cum febribus ſic medicādi ſunt ſicut pleuretici: ⁊ ſanguinē ſcreātes vt ptiſici: quibus .ſ. pleureticis danda eſt ſicca dieta: ptiſicis humida. hi enim duo morbi qui ſunt contrarij: cōtrarijs indigēt medicamīb⁹. In his cōtrarijs duob⁹ oꝫ vt fortior medicet̄ ꝑus: alter vō nō negligat̄. ſic etiā hydropici cū febrib⁹ cōtrarijs neceſſe ē medicet̄ ſic ī oppoſitis ſit infirmitatib⁹.
Hypo. autem lꝫ repꝑhenſus: hic tamē non neglexit: ſed hic ponit partē pro toto: ⁊ aliquādo ecōuerſo poſuit: ſicut in aphoriſmo etatē ⁊ conſuetudinē ponēs: complexionē tamē intellexit naturalē: tēpus quoqꝫ ⁊ regionē. itidem ⁊ in alijs locis faciendū: neqꝫ hypo. obuiandum ¶ Si ergo corp⁹ extra naturā exierit medicandū eſt contrarijs ⁊ reducēdū ſanitati. Si vō nām ſeruauerit in ſanitate cuſtodiēda ad laborādū erit: ſic .n. autorizauit hypo. de quib⁹ plani⁹ in megategni dixim⁹. 17

Quibus ſemel: aut bis: aut amplius: aut minus: aut ſecūdū ptēz. Dādū uero ē aliqd tempi ⁊ hore ⁊ regiōi ⁊ etati ⁊ cōſuetudini.

Qum ſupius de quātitate ⁊ qualitate ciborū ſufficiēter diſputauerit: ordinē quoqꝫ dandi reticere noluit. non enī ſatis eſt hoc ſolum ſcire infirmo cibum multū ſiue parū ſiccatiuū ſiue humectatiuum eſſe dandū: niſi hic ſcias cui ſemel aut bis aut amplius ſiue minus dandū ſit: quod intelliges ex etate tempore aut cōſuetudine ⁊ regione: ſicut ſupius dixim⁹ eſſe ſm quātitatē ⁊ qualitatē. vnde ſubintulit: Dandū vero eſt aliquid tempi hore ⁊ regioni. vbi monſtrauit ſi multociens vel paulatim: vel non etiā dandū ſit. Quib⁹ etiā diſponendis qualitas morbi: virtus quoqꝫ infirmi in ꝑmis conſiderāda eſt: deinde tempus: etas: cōſuetudo: et ſimilia: que quomodo fiāt ī pſenti dicaꝫ: Si virtus infirmi ſit debilis ⁊ qualitas corpis corrupta ſit: vl' minorata ſit: parum cibi: ⁊ multociēs dandū erit. Paruitas: quia virtus eſt defecta: que ſemel non multū cibum ſuſtinet. Multociēs dandus erit: quia corpus minoratū multaꝫ refectiōem expectat vt creſcat: Corruptioni enī neceſſaria eſt reſtauratio ⁊ cum temperamēto. ꝙ ſi virtus ſit defecta: corpore non extenuato vel minorato: ⁊ chimis naturalibus non corruptis vel etiā abundātibus oportet vt paulatim det̄ ⁊ parū. Similiter virtute exiſtēte forti: chimis vero multis ⁊ temperatis idem erit faciendū. Virtute autem forti exiſtēte: ⁊ corpe corrupto vel tenui multus cibus ⁊ multotiens erit dandus. multa enim refectione indiget corpus: quia virtutis ſue fortitudo digerere eam poteſt. ꝙ ſi nobis interpolatio febris obuiauerit: neqꝫ multotiens cibus dandus erit: neqꝫ multus: ſed ipſum debemus dare paulatim. Si ergo fortis virtus: ⁊ morbus ex abundantia fuerit: paruus detur cib⁹: ⁊ paulatim. lꝫ enim digeſtiua virtus fortis ſit: tamen ꝑpter abūdātē morbum paꝝ dam⁹. Cib⁹ ergo dabit̄ ſm qualitatē morbi ⁊ virtutē infirmi: ſm temp⁹ quoqꝫ: etatem: ⁊ conſuetudinē: ⁊ regionē: ⁊ ſimilia his ciborū erit quātitas ordināda. In eſtate .n. cib⁹ multotiens dand⁹ eſt ⁊ paucus. multotiens quidē: qꝛ indiget ꝑpter ſepiſſimā reſolutionē: parū ꝑpter virtutis defectū. In hyeme multus ⁊ paulatim dand⁹ eſt. multus ꝑpter virtutis fortitudinē. paulatim: qꝛ non indiget ſepiſſima refectione: qum non poſſit digerere. Sanos autē iam dixim⁹ in hyeme meli⁹ poſſe digerere ꝑpter calorē in īterioribus latētē. Medio vō vere ⁊ appropinquāte iam eſtate paꝝ cibi magis: ⁊ longis debem⁹ dare īteruallis. hoc eniꝫ tempus .ſ. ver morbo de plenitudine aſſimilat̄: qꝛ chimi ī hyeme coadunati diſſoluunt̄: effluētes ꝑ totū corpus. Idē qd̄ dixim⁹ de tempore: in morbo faciendū de plenitudie. Parum eiꝫ cibi ſi virtus ſit fortis longis dam⁹ interuallis. Similit̄ etiaꝫ ī vere faciendū eſt maxime febricitantibus: de quib⁹ hypo. in hoc loco ſermocinat̄: de ſanoꝝ eniꝫ dietis iam dixim⁹. Autumn⁹ morbo de humoꝝ corruptiōe aſſimilat̄: vñ ⁊ febricitantes laudabili cibo hoc tempore: ⁊ ſepiſſima indigent refectiōe. In virtute forti mult⁹ cibus ⁊ multotiens erit dand⁹: in defecta multotiens ⁊ paru⁹. Scd̄m hoc etiaꝫ etatem: ⁊ regionē: ⁊ conſuetudinē: ⁊ cōſimilia ꝯſiderare oportet: Scd̄m qualitateꝫ in quā morbi: ⁊ virtutē infirmi: qum hec virtuteꝫ augmētent ⁊ ꝯfortent: vel minuant ⁊ debilitent. qualitatē quoqꝫ ⁊ materiā morbi augent vel minuūt: vel in malas qualitates cōuertunt. 18

Eſtate ⁊ autumno cibos grauiſſime ferunt: Hyeme uero facile: Vere uero ſecundo.

Alia de ſanis ē locutus: de egris loqtur. Eſtate ⁊ autūno: quoniā tūc calor ad exteriora egreditur. Autumno vō: qꝛ tūc idē calor in qualitate tēporis diſſoluitur: Hyeme vō cōcludit̄. Vere diuiſus ē calor intus in nobis ⁊ foris grauiter ferūt: ꝑpter apertionē pororum. Hec verba nō vt quidā putāt ſunt duplicata. Quidā eniꝫ quia dixit ventres hyeme ⁊ vere calidiſſimos natura eſſe: hic vō Eſtate ⁊ autūno cibos grauiſſime ferunt: putant verba eſſe duplicata: ſed non eſt ita. Qum aūt ſuperius ꝑ tempora anni q̄ntitateꝫ ⁊ ordinationē diete in infirmis ⁊ ſanis eſſe ītellexit: hic neceſſe fuit dicere multū cibum ſemel datuꝫ .ſ. hyeme non nocere quia ferunt facilime: in eſtate vō difficilime: qum extra corp⁹ calor natural' exeat: ⁊ virtus defecta ſit: vñ caueat̄ ne multus ſubito detur cib⁹. De alijs vō temporib⁹ .ſ. vere ⁊ autumno dico ꝙ autumn⁹ in natura ſui aſſimilat̄ eſtati: ver vō hyemi: Qd̄ poteſt intelligi: quia in autūno corpus incipit refrigerari: ⁊ pori claudi: vere quoqꝫ diſſolui ⁊ rarefieri pori. Hec aūt ſatis īnuit hypo. nō ergo eadē duplicauit. Iteꝫ qd̄ prius ſupi⁹ dixit: in ſanis dedit intelligi. hoc aūt attinet infirmis. 19

His qui in circuitibus exacuūtur: nihil dare neqꝫ cogere: ſꝫ auferri ex appoſitionibus uel ex appoſitis ante criſim.

Omnis ordinatio diete vniuerſaliter triplex eſt in quātitate: in qualitate: ⁊ quando debes dare. In duobus precedētibus aphoriſmis ī febrium interpolatiōibus nulla auctoritas dat̄ ab hypocrate. Tertiuꝫ .i. quando debeas dare: multum in his adiuuat nos. Unde ⁊ in circuitibus .i. interpolatiōibus ab hypocrate dicitur: Portendūt interpolatiōes inq̄t quo tempore cibus dari debeat. Si enim interpolate febres vnū tempus cuſtodiant: ⁊ ipſum interpolet: tunc nihil erit dandum. Sed ſi vnū tempus non obſeruauerit: tēpora cibum dandi ſm ꝙ oportet non poſſunt certificari. vnde hypo. his qui in circuitibus exacuūtur nihil' dari precepit. Precipit ergo nobis: neqꝫ incipiētibus: neqꝫ preſentibus: neqꝫ ad capiendū appropinquātibus morbis cibū dari debere. Qd̄ dixit: Ante criſim. vl' aū horā acceſſiōis: vel ante ſtatū: vel aū verā criſiꝫ ītelligi oꝫ. Qd̄ cūqꝫ āt hoꝝ ītelligas ſatis eē cōſtat: ſꝫ ītētio ſua fuit nō

ante acceſſiōem aliquid dari. Supius enim de ſtatu dixit cū quo nec ante criſim reticuit. hic autē de acceſſiōe ſolū intellexit hypo. 20

**Ea quoꝝ criſis fit: ⁊ quoꝝ facta eſt equaliter: non mouere: neqꝫ nouū facere: neqꝫ farmacijs neqꝫ alijs ꝓuocatiōibus uti: ſed ſinere.**

Poſtqꝫ de ordinatiōe diete expleuit: vñ nā debeat dimitti opari oñdere incipit: vt faciat ſm ꝙ oportet infirmis. obteſtat̄ aūt ne aliqͦ adiutoriū ꝑocupantes feſtinem⁹: niſi ſolū diete ordinatiōibus. etiā oñdit quando natura nō ꝑmittat̄ opari ſed potius debeat adiuuari. Dicit igit̄: Ea quoꝝ criſis fit: ⁊ quoꝝ facta ē equalit̄ nature ſūt ꝑmittēda: vt ſm ꝙ oportet facere faciat: neqꝫ nos de ea intromittam⁹ impedienda: ſed ſi natura moueat̄ ad criſim nō ꝑfecte neqꝫ complete oportet nos qͦd de motu ſuo minuit̄ cōplere. Vñ idem in libro de chimis: quo ī libro ad idē intēdit: Criſis inqͭt ꝑfecta eſt: vbi nā currat ſm ꝙ oportet: neqꝫ de numero ſignificationū laudabilis criſis aliquid mutet: Quarum prima h̄ eſt: Criſis melior eſt cū purgatiōe qꝫ cū apoſtemate: Secūda chimos purgāſ nociuos qui ſūt cā morbi ⁊ dñantes corꝑi: melior aūt ē aliqua ſibi oppoſita. Tertia ſignificatio criſis eſt que cū purgatiōe neceſſaria recta fit. i. ꝓcedēs de loco morbi: q̄ melior eſt cōtraria ſibi. Quarta criſis: que eſt cū lenitate ⁊ quiete corꝑis: ⁊ hec ē melior ſibi oppoſita. Quīta eſt poſt apparatōez coctiōis q̄ melior eſt ſibi oppoſita. Sexta in die cretica q̄ laudabilior ē ſua oppoſita: quas oēs in criſi ꝑfecta eē oportet. ſi. n. minus ſit vna vl' altera vl' plures: ſiue criſis curſum excedat: neqꝫ ꝑfecta criſis eē credit̄ neqꝫ certa. 21

**Que ducere oportet undecūqꝫ maxime natura repit inde ducere ꝑ conuenietes regiones.**

Hic intelligere nobis innuit purgationē humorum: qui materia ſūt morbi: quibus aut criſis eſt īperfecta: aut īperfecta futura ē. Et etiā monſtrat per q̄ue loca purgari oportet: ex quo duo ſignificata mōſtrauit: vnum. ſ. naturaꝫ membri: per quod purgatio debeat fieri: alterū quo humores fluere debeant. Dicit ergo: Vndecūqꝫ maxime natura repit. Loco vero per q̄ apte ſūt purgatiōes ſūt hec: Stomachus: inteſtina: veſica: vulua: matrix: cutis: iteꝫ fauces: ⁊ nares. Qum eniꝫ cerebrū debeat purgari: purgabitur fluxu ſanguinis qui ex narib⁹ fit maxime morbo oppoſitis: ꝙ ſi non: contrarie. Currere chimos ad loca ſibi non conuenientia eſt: vt qum membrū nobilius ſit ⁊ ſenſibilius: ⁊ ad patiendū ſuſpectius. ꝙ ſi per ſe purgare velim⁹ maius dampnū qꝫ ſi criſis abſit incurremus. verbi gratia: Si in epate ſint chimi morboꝝ generatiui: quos purgare neceſſe ſit: conueniēs locus erit ſtomachus. ⁊ inferiora ipſius meliora ſunt cum egeſtiōibus: qꝫ ſuperiora cū vomitu: vel renes: vel veſica. ꝙ ſi chimi ſupius ad pectus concurrerint: ⁊ ad pulmonē ſiue ad cor peruenerit: non ſignū laudabile erit. Vnde ⁊ medicū inueſtigare oportet: vbi natura humores deſtinare velit. ꝙ ſi ad apta loca miſerit: preparet viam ipſis: ⁊ ſuccurrat eis: ſi aūt alr̄ quocūqꝫ mō repugnet eis: ⁊ ad apta loca mittat. 22

**Digeſta medicari: ⁊ mouere non cruda: neqꝫ in principijs: niſi ſint furioſa: multa uero nō ſunt furioſa.**

Qum Medicari dīcat: conſueuit intelligere laxatiua. ſed ꝙ dixit Furioſa: abuſiue poſuit: qum ab animalib⁹ mutuatus furioſis humorib⁹ hoc tribuit. Qum eniꝫ animalia ad coitū furiāt: in loco vno ſtare non poſſunt propter nimiā ſui concupiſcētiā que mouet̄ ea: ⁊ facit furioſa ⁊ nocens eis. Itidē ⁊ humores aliquādo ſe mouent: ⁊ infirmo nocent de mēbro ad mēbrum currentes: neqꝫ egrum permittētes quieſcere: actiōneꝫ nature diſturbātes: q̇ ſi ſint huiuſmodi: oportꝫ eos purgari. ſi auteꝫ quieſcāt: ⁊ ī quibuſdā membris abūdātes ſe non moueant: neqꝫ medicamētis mouendi ſunt: quouſqꝫ maturati fuerint: quib⁹ maturatis natura nos magis adiuuat in illis expurgandis. aliquādo enim natura poſt morbum maturatū diuidit humores: eorum expellens ſuperfluitates: que ſunt nociue ⁊ morbi cauſe: quo in temꝑe criſis ſolet euenire: qum tamen natura ꝑfecte ad criſim non moueat̄: nō indiget medicamībus Si autē imꝑfecte: oportet nos eaꝫ magis adiuuare ⁊ minoratiōnē ſue virtutis explere: vt criſim faciat perfectaꝫ cum vtroqꝫ. i. natura ⁊ medicamine. Nos autē in libro de virtutib⁹ naturalib⁹ naturā cuiuſlibꝫ membri qͣttuor virtutes habere mōſtrauim⁹: appetitiuā videlꝫ allicientem ⁊ elicientē ſibi cōuenientia: alterā contentiuā circūdantē ⁊ continentē ea: digeſtiuaꝫ decoquentē ⁊ īmutantem digerenda: expulſiuam expellentē nociua a ſe. Iteꝫ monſtrauim⁹ ꝙ quelibꝫ medicina laxatiua attrahit ſibi ſimilia. qꝫ bene autē nos hypocras adiuuat: quꝫ nō multa furioſa eſſe dixerit: qͦd patet experimētis. raro eniꝫ eſt de membro in membrū currere humores: maxime ī vno eodēqꝫ membro quieſcentes: in quo ꝑmanentes vſqꝫ ad finē morbi excoquūtur ⁊ digerunt̄. Hic autē aphoriſm⁹ raro in li. inuenit̄: ſꝫ eū inueni ī libro de chimis. 23

**Que egerunt̄ non multitudinē cōſiderare oportet: ſed quomō egerunt: ⁊ ſi qualia oportet purgari purgent̄: ⁊ confert: ⁊ bene ferunt: Et ubi oportet uſqꝫ ad defectionem ducere: ⁊ hoc facere ſi ſufficiat egrotans.**

Oportet purganda quātitates hēre diſtinctas ⁊ diffinitas: ſiue naturalia ſiue artificialia ſint. et ſicut qͣlitates fuere aſſimilātes māe morbi: ſic ⁊ quātitates ſm quātitatē māe debēt eſſe purgātes. Qualitates vͦo purgatiōis ſuperi⁹ monſtrauim⁹: vbi in ꝑturbationib⁹ ventris dixim⁹ que ſponte fiūt. purgationū vͦo qͣtitates nuſqꝫ vſqꝫ huc tetigim⁹. In hoc ergo aphoriſmo poſuit ſigna qͣtitatis purgatiōis. ſi eniꝫ tm̄ materia ⁊ cauſa morbi purget̄: infirm⁹ quieſcit leuius. ſed ſi cuꝫ re naturali purganda miſceat̄: grauat̄ ⁊ anguſtiat̄ ex neceſſitate infirm⁹: quꝫ ſua deficiat virtus. vñ non ex qͣtitate purganda tm̄ ꝯſiderent̄: ſed ex dicēdis ſignificatōibus. i. leuitate infirmi q̇ete: ⁊ nocitoriū exeuntiū qualitate. Qͦd dixit: Vſqꝫ ad defectionē ducere oportet: vtile ē ſed dande ſūt ſignificatiōes quomō fieri debeant: quas cognoſcem⁹ exꝑimentis ⁊ rōnibus affirmātes: Quaꝫ defectionē tm̄ hypo. teſtat̄ videamus prius: an illā. ſ. que de phlebotomia vl' alia venit medicina: vel ex humoribus acutis exiſtentib⁹ in ore ſtomachi anteqꝫ medicamē ad os ſtomachi veniat: aut ex ipſo medicamīe mordicāte: de huiuſmōi eniꝫ neceſſe eſt defici. Sꝫ qum he defectiōnes ſoleant ꝯtingere ante oportunas purgatiōes: nō vident̄ eē ſufficiētes. Silr̄ febricitātes qͥ̄ꝫ patiūt̄ defectōꝫ ꝑꝑ āguſtias ingētes ⁊ ꝑꝑ eoꝝ aſſiduū ſurgē ⁊ eoꝝ monē

Unde quia aliquãdo he defectiões non ſufficere viden tur phlebotomãdos puto oportere. Intendit autẽ hic defectõem.i.purgationis quãtitatẽ: ſicut in acutiſſimo apoſtemate:ꝛ in febricitãtibus pacute:ꝛ maximo dolore.non tamẽ temere nos intromittamus:niſi qum virt⁹ cuſtodiatur:qȯ innumerabiliter experti ſumus:ꝛ maximum iuuamentũ inuenimus.Qum enim phlebotomamus vſqꝫ ad defectõem in peracutis febribus:refrigerat̃ corpus:ꝛ febris extinguit̃: plurimis vẽtres ſoluũtur:ſudores patiũtur:ꝛ multi perfecte ſanãtur. In maximo ergo dolore nulla medicina pfectior hac defectiõe.Oportet aũt diſcernẽ vbi phlebotomare:ꝛ vbi dare farmaciã oportet:qȯ diximꝰin libro de phlebotomia. 24.

**IN peracutis paſſionibus raro ꝛ in principijs farmacijs uti:ꝛ hoc prius bene diiudicantes facere.**

Ante dixit hypo.materiã purgare non crudam: hic autẽ monſtrauit purgatiões neceſſarias ab initio:ꝛ tñ in pacutis febribus:ꝛ raro qum furioſe ſint paſſiones: p̃cepit vero fieri cũ maiori conſideratione. In diuturnis autẽ morbis purgatiões expectã tur a ſigno coctionis.Quod antẽ dixit: Bene diiudicãtes facere:quid intẽderit debemus perpẽdere.ſ.an intenderit corpus infirmi ante purgatiõem parare: vel expectare naturã operari:vt corpꝰ farmacie apparatũ ſit:an aliquid aliud portẽderit.ſed quicq̃d ip̃e cõſiderauit maxime cuſtodiendũ ꝛ cauendũ eſt nobis in purgatiõibus huiuſmodi.Si enim det̃ non ſm ꝙ oportet in acutis febribus:piculoſum eſt valde.Omne enim laxatiuũ ſm ſe calidũ ꝛ ſiccũ eſt:vnde febres generãt̃.non ergo neceſſe eſt dare medicinã calidã ꝛ ſiccam:ſed refrigeratiua ꝛ humectatiua detur. Non ergo farmacia in febribus cauſa caloris earũ eſt adhibẽda. ſatis enim bene perpẽdimus: quia multũ noceret infirmis: ſed tamẽ danda eſt cauſa chimorũ qui materia ſunt febriũ:qum purgatiõem intel leximus plus iuuantẽ q̃ꝫ anguſtie timorẽ:quod fit qum materia morbi ſine corpis nocumẽto poteſt purgari:In quo perquirẽdũ ſi corpus farmacie ſit paratũ.Quorum enim morbi ex nimietate ſunt pĩguedinis:vel multis cibarijs groſſis ꝛ viſcoſis:vel ex tumore: vel extenſiõe ſub diaphragmate:vel nimio calore:vel alicuiꝰ membri apoſtemate.hypo.in libro regiminis acutorꝫ: Nulli inq̃ꝫ horum ad purgatiõem appati ſunt ſupple in p̃cipio.Ubi ergo purgatio cõuenit nullũ horũ oportet inueniri. Cõuenit enim chimos ſubtiles ꝛ faciles eſſe ꝛ ſine viſcoſitate:ꝛ viam exeuntiũ apparatã eſſe:ꝛ ſine conſtipatõe: qȯ totum aliquãdo eſt artificialiter faciendũ. Iſtud hypo. hic intẽdit:ꝛ in ſequẽti aphoriſmo cõfirmabit. In egritudine autẽ acuta:non niſi in p̃ncipio farmacia danda eſt.i.in die p̃ma vel ſecũda ad plus:quia non tantũ ſpacium vt corpꝰad hoc paret̃ ſuſcipiẽdũ.Quod ſi eſſe poſſet:mellicratũ bonũ dare foret : in quo coquãtur hyſopus:calamentũ:ameos:ꝛ ſimilia. Hac igit̃ de cauſa raro hypo.precipit dari farmaciã in egritudine acuta:maxie qũ ſit furioſa.que ſi ſint: corpa cauẽda nõ cẽnt appata: neqꝫ acumẽ morbi dabit ſpaciũ apparãdi. 25

**SI qualia oportet purgari purgẽtur: ꝛ confert ꝛ bene ferunt. Si uero contrarium:importune.**

Iſte aphoriſmus in precedẽtibus eſt explanatꝰ: vbi In perturbatiõibus ventris ꝛc̃. dicit̃. Sed quia de artificiali purgatiõe dicebat hic ꝛ qualiter debeat fieri diffiniuit:neqꝫ graue fuit ſibi repetere. Quod ſi ante dixit: adhuc tamẽ repetit vt recordemur qȯ p̃us dixit. Et quia in precedẽti aphoriſmo artificialem ſolã tetigit:hic vtrãqꝫ intelligẽdã innuit.

Finit particula prima.
Incipit pticula ſecũda.

.I.

**IN quo morbo ſomnus laborem preſtat:mortale.Si uero ſomnus iuuerit : non mortale.**

Quod in hoc loco p laborẽ nocumentũ ĩtellexerit:ex ſubſequẽtibꝰmõſtrat qũ dixit: Si iuuerit . vñ ex opoſito ĩtelligẽdũ ẽ labor nocumẽtũ. Nocumẽtũ vero ſõni duobꝰmõis e:vno mõ vniuerſali:qũ ĩ initio ĩterpolatarꝫ febriũ infirmus dormierit: Altero pticulari: quꝫ in morbis q̇buſlibet infirmꝰdormierit. Hũc hypo.hic intẽdit:qũ primus neqꝫ nocumẽtũ:neqꝫ mortẽ portẽdit:ſed potiꝰ in initio nãm poxiſmi iuuerit. Calor.n.cũ chimis in ĩitio interpolate febris ĩteriora petit:ſicut idẽ al'ꝰ innuit: maxie ſiq̇s rigorem habuerit :tremorẽ quoqꝫ ꝛ nimiã frigiditatẽ in corpe exteriori. ¶ Si g̊ infirmꝰ ĩ initio interpolate febris dormierit:plõgantur huiuſmõi accidẽtia:neqꝫ febris ad ſtatũ niſi pꝰ magnũ laborẽ appropĩquat. Si vero ĩtus ĩ viſceribꝰ alicubi apoſtemata latitãt augmẽtãt̃. Et ſi chimi aliq̇ ad ſtomachũ currere ſolebãt:nõ ſolũ nõ digerũtur:ſed etiã augmẽtant̃: quapp infirmi h̊ tẽpore nõ ſũt dimittẽdi dormire:vt exteriora habeãt ſpiritũ ꝛ ſãguinẽ ꝛ calorẽ:ſicut etiã ĩteriora. Redarguimur tñ a ſophiſticis obijciẽtibꝰnobis:qꝛ nocere illȯ nõ a ſomno venit:ſꝫ a febribꝰ:qȯ tñ excitatiõe minuit̃.magꝭ aũt ſibi noceret ſi nõ excitaret̃:nõ tñ ſõnꝰ cã fuit nocumẽti: ſꝫ ꝙ nõ excitatꝰfuit.hic g̊ palã eſt nõ ſõnũ ĩ ĩitio nocẽ febriũ: ſꝫ potiꝰauferẽs ſõnũ minuit nocumẽtũ:ꝛ facit ſuũ iuuamẽtũ ꝛ afferẽs ſomnũ minuit iuuamẽtũ. ¶ Alij vero dicũt ꝙ ſomnus nocet cõfirmãtes hypo. nõ ĩ ĩitio febris ſomnũ intẽdiſſe ſed quocũqꝫ tpe fuerit. Multũ aũt videt̃ iuuare maxie in febriũ declinatiõe:ꝛ aliqñ in ſtatu: aliqñ ĩ augmẽto ſtatui vicino. Si g̊ nocꝫ ĩ augmẽto ſtatui vicino: nõ ẽ ad mortẽ eius fortis ſignificatio.ĩ declinatiõe vero nocens certũ ſignum dat ad mortem. Si enim ſolẽtia iuuare in ſuo tempore tũc nõ iuuent qũ debeãt iuuare: mala pculdubio eſt eorum ſignificatio . Nocumẽtum vero ſomni cõtrariũ eſt iuuamẽto ſui:qum non febrem minuat:ſed potiꝰaugeat: dolorꝫ quoqꝫ nimiũ maioret apoſtẽataqꝫ augmẽtet. Et aliqñ infirmꝰirrationabilit̃ in ſomno loquit̃.qũ vero excitat̃ infirmus in eadem vanitate permanet aliqñ diu: aliqũ ſtupidus ſurgit:neqꝫ niſi cum magna grauitate excitatur: Que omnia patit̃ ex chimorũ peſſimitatibus . Si enim calor naturalis in corpore chimis fortior fuerit:in ſomno eos digerit : Si autẽ debilior ſit:ꝛ chimi eum vicerit : dominãtur chimi in viſceribus vnde hec accidẽtia conficiũtur. Hypo.vero intendit exteriora corporis in vigilijs calefieri: ĩ ſomno vero refrigerari : in quo plurimi concordant philoſophi. Somnus vero ꝛ vigilie interiꝰvel exteriuſ caloris nãlis fiunt adunatione. Si igit̃ calor in viſceribꝰadunet̃: neqꝫ mãm q̃ morbi cã eſt vicere poſſit ſuis viribus: neqꝫ nã morbi cãm ſupgrediat̃:certa mors ſignificatur.

Sed ſi eã vicerit nã: ꝛ ſibi poſſit dñari: bonũ q̇dem eſt ſed nõ ſignũ certũ ad ſanitatẽ: põt tñ dici infirmũ ꝓpter hoc poſſe ſanari: ꝛ alia de cã ꝑiclitari. i. ſi patiaᷣ apoſtẽa in aliquo mẽbꝛo nobili: et apoſtema durũ ſit diſſolui: iñ quidẽ poſſibile ẽ eũ moꝛi. Bonũ ergo ẽ vt dicam⁹: ſi laboꝛẽ facit ſomnus: ꝙ moꝛs ſignificaᷣ. ſi aũt iuuerit: cõtrariũ faciet. ꝙ ſomnus noceat mõſtraᷣ in epidimia: qũ dicit: Multi inq̇t hoꝝ alienatiões paſſi ſũt ꝛ ſtupoꝛẽ: alij vero ꝓpter ſomnũ doluerũt. 2

**Ubi deſipientiaꝫ ſomn⁹ ſedat: bonuꝫ. ubi uero pꝛeſtat: malũ.**

Si hic ſupioꝛi cõtinueᷣ vt vnus fiat aphoꝛiſm⁹ ita diceᷣ: In quo moꝛbo ſomn⁹ laboꝛem facit moꝛtale: ſi vero iuuat: nõ moꝛtale. Si igiᷣ alienationem ſomn⁹ ſedat bonũ eſt: vñ iſte aphoꝛiſm⁹ ꝑoꝛẽ videᷣ cõfirmare. Intẽdit aũt hypo. bonũ ſomnũ eſſe ſi doloꝛẽ mitiget ꝛ apoſtemata ſiue febꝛes. ſed qũ h̄ omĩa intellexerit: ꝑiculoſiuſ quoddã vnũ vñ alia ĩtelligerẽtur nominauit. 3

**Somn⁹ ꝛ uigilie utraqꝫ modo magis facta: malum.**

Quidam medici arbitrati ſũt malas eſſe vigilias excedẽteſ modũ: ſed ſomnũ nõ ſimiliᷣ: qꝛ ſomn⁹ ſemꝑ bonũ ſignũ ẽ: Null⁹. n. ſomn⁹ modũ excedit. Multi quoqꝫ errauerũt putãtes ſtupoꝛẽ lõgũ eſſe ſomnũ: Quib⁹ nos obuiam⁹: qꝛ nũqꝫ habuit vſus vt ſtupoꝛ ſomn⁹ vocareᷣ lõg⁹: opoꝛtet ergo nobis cõcoꝛdenᷣ. Qũ ergo nãlẽ modũ exceſſerit: ꝛ ſine ſtupoꝛe fuerit: lõg⁹ vocabiᷣ ſomnus: quẽ pꝛius ſenſus facit i. cerebꝛi frigiditas: q̃ ſi ſit foꝛtis cõmixta hũiditati litargiã facit: ſi vero ſiccitati cathalaſiaꝫ. i. cõgelationẽ facit. Econtra vigilie ex ꝑmi ſenſ⁹ fiũt caliditate: q̃ vĺ ex ſimplici fit cõplexiõe cerebꝛo dñante: vel ex cho ru. cõmixtiõe: qȯ inq̇buſdã libꝛis noſtris nos explanaſſe meminim⁹: vñ h̄ tñ bꝛeuiaſſe ſufficit. Sicut aũt q̇dã negãt ſomnũ excedere temꝑamẽtũ: itidẽ. de vigilijs putãt ſẽtiẽdũ. 4

**Non plenitudo: non indigẽtia: neqꝫ aliud quodcũqꝫ magis natura fuerit: nihil bonuꝫ.**

Qum in pꝛecedẽtib⁹ vnũ quoddã ĩtellexerit: in h̄ ſubſequẽti oĩa ſubintroduxit: oñdens ſanitateꝫ tẽꝑamẽtũ eſſe ꝛ eq̃litatem: Exiẽs ergo tempeꝛametu vel equalitatẽ: ꝓculdubio incidit ĩ infirmitateꝫ: ꝛ ſi mĺtũ egrediᷣ: moꝛb⁹: ſi ṽo par cã moꝛbi appellaᷣ. 5

**Laboꝛes ſpõtanci narrãt moꝛbos**

Nomen laboꝛis non motũ nimiũ oſtẽdit: ſed qȯ nimi⁹ mot⁹ ↄficit. Si aũt ſine motu tale quid cõtigerit: non laboꝛ abſolute: ſed potius laboꝛ ſine cã manifeſta appellãdus erit: Qui laboꝛ tripliciter diciᷣ ſicut in libꝛo de regimĩe ſanitatꝭ dixim⁹. Unus eſt ſicut doloꝛ vulneris. Iohãniculus. Uulnera apud helenes ſũt ĩciſiones carnis. i. ſeꝑatiões iuncture quocũqꝫ mõ fiãt. Secũd⁹ diciᷣ q̃i doloꝛ tetani: Terti⁹ velut doloꝛ apoſtematꝭ. Cauſa ꝑmi mali ſũt chimi: Secũdi ipſoꝛũ chimoꝛũ abundãtia: Tertij vtrũqꝫ. Qȯ qum ita ſit neceſſe ẽ his laboꝛib⁹ moꝛbos nũciari. 6

**Quicũqꝫ dolentes aliqd coꝛpoꝛis plurimũ doloꝛem non ſentiunt: his mens egrotat.**

humectatio minuaṫ: vnde neceſſe ē vt diſſoluanṫ. Ma lo cibo vō vtētes veloci⁹ in purgatōib⁹ exolui oꝫ: qm̄ eo rū corꝑa malis hūorib⁹ ſint plena occultātib⁹ ſe inter va cua mēbra: quos qm̄ farmacia moueat appere: ⁊ ſuā ma lā actiōeꝫ oñdē ē nec̄e. Qd̄ de cibo dixit malo hn̄ duob⁹ modis ītelligiṫ. ſ. aut cibū exteriorē: aut quē epar ceteris mittit mēbris. Nulli. n. eſt dubiū: maiū cibū ſanguinem malum generare.

37

## Sana habentes corpa: farmacijs uti difficile ē.

In anteriori aphoriſmo oñdit q̄d accidit ſanis ex farmacijs: qm̄ exoluūṫ dixit: h̄ aūt vlı̄⁹ ſignifi cauit qm̄ vti farmacijs difficile eē dixit. Mlti. n. vtiginē ⁊ torſiōem vētrꝭ iñ patiūṫ: ꝉ tuſſim ꝑꝑ magnā du riciē ⁊ anguſtiā expellēdi nociua vñ ⁊ diſſoluūṫ: q꞉ po tio laxatiua qm̄ ſibi ſilia nactura ſit: ⁊ ñ īueīat ibi cho. ru beā: phlegma cho. ni. ⁊ aquoſos hūores: vtit ſe ad ſangui nē ⁊ carnē ſibi ſilem cū magna āguſtia trahēs iñ.

38

## Parū deterior cib⁹ et pot⁹ delectabilior uero: melioribꝰ qdē in delectabilib⁹ magis appetend⁹.

Non ſolū in his dādis volūtas ꝯſideraṫ īfirmi: ſꝫ ꝙ certificaṫ his adiuuari. Oīs. n. cib⁹ ſapid⁹ quo q̄s delectaṫ qm̄ accipiṫ: a ſtōacho āplex⁹ retineṫ: ⁊ cū magna delectatiōe digeriṫ pl⁹ q̄ꝫ q̄libꝫ ali⁹: qui ſi ſit abomīabiꝉ fugit: vnde vomitus: faſtidiū: inflatio: ⁊ rugitus generatur.

39

## Senes iuuenib⁹ plerūqꝫ egrotant min⁹. Quecūqꝫ uero egritudies eis chronice fiūt: multociēs ꝯmoriūṫ.

Non oīs ſenex min⁹ eg̃tat quolibꝫ iuuene: ñ. n. oīſ ſenex malā dietā pl⁹ diſcernit q̄ꝫ aliq̄s iuuenis: vñ ⁊ magꝭ eg̃tāt q̄ꝫ iuuenes: qm̄ corꝑib⁹ ſint defectiores: quoꝝ vt⁹ q꞉ defecta ē in chronicꝭ paſſiōib⁹ cōmori ē cā: vñ nec morb⁹ velociṫ digeriṫ. Morbi. n. diuturni ꝑ ſūt fridi: ⁊ iccirco ſepe ſenibus eueniūt: quia eoꝝ etatibus magis competūt.

40

## Branzi ⁊ corize in ualde ſenibus non maturātur.

Si ſupiori hūc ꝯtinuare velis tale eſt ac ſi dicaṫ: Senes min⁹ eg̃tāt iuuenib⁹: q̄cūq̄ꝫ vō eis chronice egritudies fiūt: mꝉtociēs cōmoriūṫ: vñ brāzi ⁊ corize nō in valde ſenib⁹ maturāṫ. h̄ g̃ inferior apho riſm⁹ ſupioris ē ꝯfirmatiu⁹. Neq̄ꝫ. n. ſolū ſenes his infir mitatib⁹ ſūt cōmoriētes: qm̄ ⁊ alie ſint incōgruētes: ſicut podagra: artetica: ſcia: fritudo inteſtioꝝ: aſmata: tuſſis: gibboſitas āterior: ſeu poſterior: ſeu lataꝉ: ⁊ ceteri ēt mor bi in iuuēib⁹ ad ſanādū duri: q̄ꝫtomagis in ſenibus ad ſanandum duri.

41

## Qui exoluūṫ frequenṫ ⁊ fortiṫ ſine māifeſta occaſiōe: repēte moriūṫ.

Non. n. oēs q̄ exoluūṫ ſubito moriūṫ: ſed ſi h̄ tria ꝯditionaꝉr adiūgūṫ freq̄nṫ: ⁊ fortiṫ: ⁊ ſine māifeſtis occaſiōib⁹. Scio. n. quēdā balneo īmorātē inde diſſolutū: q꞉ balneū ex ſibi nocitiuis lignis calefa ctū erat: qd̄ ñ tn̄ cā fuit repēte moriēdi: qm̄ cā manifeſta fuerit. Scio ēt quēdā ī balneo diſſolutū fuiſſe maxie ieiunū: ⁊ alteꝝ lꝫ ñ ieiunū: ſꝫ tn̄ ꝑuū accepat cibū. horū cā ꝉ defectio oris ſtōachi: ꝉ nimi⁹ ſenſus fuit. Sꝫ exſolutꝭ ſine aliq̄ māifeſta occaſiōe vt⁹ ſpūaꝉ ē defecta: ſic quidā ꝑ peſſus fuit: q̄ qm̄ diſſolueṫ: tremorē hūit in ꝑcordijs: vñ ⁊ ſubito perijt: ſic. n. ſꝑ videm⁹ nimiā diſſolutōem ꝑꝑ cardiacā hn̄tib⁹. Nec. n. defectio fortꝭ ⁊ freq̄ns: ⁊ fortꝭ diſſolutio ſine cā māifeſta ſignificat nimiā ⁊ ſubitā ſolutōeꝫ factā in locis ꝓxı̄s cordi: que poſtq̄ꝫ ad cor venerit: mortem infert. Sūt āt manifeſte occaſiōes: vt fluxus vētris: emiſſio ſanguīs: lōgeq̄ꝫ egritudinis debilitatio.

42

## Apoplexiā ſoluere fortē: īpoſſibile eſt: debilem uero non facile.

Acūtia apoplexie ſubito toti corꝑi ſēſū ⁊ motū auferūt: niſi tn̄ ſpūalē motū: q̄ ſi auferaṫ: maior ⁊ peior erit. Si āt apopletici ſpirāt tn̄ dure ⁊ anguſtioſe: paſſio erit fortꝭ. Si vō ſpūs diuerſus ſit nō eiuſdē. ſ. cordis: ⁊ aliq̄n q̄eſcit: paſſio q̄dē erit fortꝭ: ſꝫ ñ tn̄ ꝑori erit ſiꝉis: ſiq̄dē ſpūs viu⁹ ſit cordis paſſio erit debiꝉ: in q̄ ſi oīmodo medic⁹ machinaṫ: poſſibile ē vt cureṫ. Cā oīs apoplexie ē: qm̄ ſpūs aīaꝉ a capite ad inferiores ꝑtes corꝑis: ſiue ī ſubiectū corꝑ⁹ ñ poſſit deſcēdē. qd̄ aūt ꝑꝑ apoſtema cēbri ſit: aut q꞉ vētricule cēbri phlegmatica hūiditate ſūt repleti. ſm̄ āt q̄ꝫtitatē cāe morbi: magnitudo et fortitudo ē ſui: q̄ maxie ē īcurabiꝉ ꝑꝑ īpedimētū anhelādi. Et mirādū ī hac paſſiōe lacertos pectoris mouētēſ ſe dilatare: qm̄ ſpūs illuc neq̄ant deſcēdere: ⁊ moueaṫ ānguſtioſe: ⁊ oīꝫ alioꝝ lacertoꝝ mot⁹ ſit ablat⁹: ſꝫ arbitror ipoꝝ vtutē nāꝉr mobilē mouē īpos ex ſpūs deſiderio: vñ ī plurib⁹ apopleticꝭ lacertos toti⁹ pectorꝭ īuenim⁹ moueri. In alijs vō nō ſit paſſiōib⁹ niſi raro: ⁊ qm̄ mꝉtū ſit exercitiū corꝑis. Cui⁹ rei cā ē: q꞉ mꝉtū anhelitū deſiderāt ī illa hora. In apoplexia vō ñ ſolū ꝑꝑ anhelit⁹ appetitū: ſꝫ ꝑꝑ vtutꝭ defectōeꝫ: ſic īueīṫ ī vtute defcis ex febrib⁹: quoꝝ lacerti ī corꝑe maxie moueṫ: vt mꝉta q̄ꝫtitas aerꝭ quā paulatī recipe neq̄t multo īpetu recipiaṫ.

43

## Strāgulatorū ⁊ diſſolutorū nondum mortuorū: non referūt quibuſcunqꝫ ſpuma fuerit circa os.

Spuma cōcreaṫ ex duoꝝ corꝑū ꝯmixtōib⁹: vētoſ. ſ. ⁊ hūiditate: q̄ nūq̄ꝫ cōmiſcēṫ: niſi qm̄ mꝉtū ꝑ⁹ eis diuiṫ q̄dā q̄ſi corpuſcꝉa iñ ꝯficiūṫ: deīde circūdāṫ q̄libꝫ ꝑs hūiditatꝭ q̄ꝫtalibꝫ ꝑte vētoſitatꝭ: vñ q̄dā q̄ſi granula rotūda cōcreāṫ ⁊ mꝉta quoꝝ mā qm̄ ſit mꝉta viſcoſa ñ cito ē diſſoluēda: ſꝫ diu īmoraṫ ſic cōcreata: vt in orib⁹ equoꝝ vr̄ fatigatoꝝ mꝉtis curſib⁹: ⁊ ī porcis ſiluēſtrib⁹ iraſcētib⁹. Cā tn̄ diuiſiōis corpuſculoꝝ ⁊ eorū cōmixtōis: ꝉ de vtriuſq̄ꝫ corꝑis ē colliſiōe: qm̄ mot⁹ nec̄arii ī cōculcatōe q̄ de vno ſiue de vtroq̄ꝫ ſit corꝑe: ꝉ de nimio calore. Verūtn̄ nobis poṫit obijci: a calore ſine motu nō poſſe fieri. Quib⁹ rn̄dem⁹ ꝑ h̄ q̄ ſēſu ꝑcipiūṫ: Spūa duob⁹ modis gnāṫ: ꝉ ꝑꝑ magnū motū q° aq̄ marꝭ ꝑcutiṫ: que ſpūa ex motu ⁊ ꝑcuſſiōe ꝯficiṫ: ꝉ ī olla ꝑꝑ nimiū calorē: qd̄ vr̄ ī aīalib⁹. In athletꝭ. n. vt⁹ ſui mot⁹ ſpumā cōcreat ī orib⁹ eoꝝ: ī porcis ſilueſtrib⁹ fortitudo calorꝭ: ī eq̄s currētib⁹ vtrūq̄ꝫ ſiꝉ adunaṫ. qm̄. n. aer ī eis nimio ⁊ ſpiſſo motu int⁹ ⁊ extı̄⁹ moueaṫ: ſaliue ſubtiliāṫ: diuidūṫ: ⁊ aeri cōmiſcēṫ: ſicq̄ꝫ ſpūa ꝯcreaṫ. Itidē d̄ pulmōe aſcēdēs fum⁹ ſaliueq̄ꝫ cōmixt⁹ augmētat ſpūe q̄ꝫtitatē illi⁹. vñ arbitrātes ſpumā illā aſcēdē a ſtōacho approbāṫ decipe multo errore. Impoſſibile. n. ē tātā ſpumā ſine aliq° motu aſcēdē vōitu ꝉ faſtidio īpellēte: ſine q̄b⁹ duob⁹ a ſtōacho nihil aſcēdē valꝫ. Itē īpoſſibile ē fumū a ſtōacho aſcēdē ſicut ⁊ a pulmōe flatū expellēte: qd̄ māifeſtat ſāguīs a pulmōe ſcreat⁹ q̄ vr̄ ſpūoſ⁹ ⁊ q̄ſi ſubā īpi⁹ pꝉmōis: a ſtōacho vō nō ſiꝉr. Sāguis. n. a pꝉmōe mꝉt⁹ ē: ⁊ ſubit⁹ ⁊ cū tuſſi. Fum⁹ vō exiēs cū expulſiōe flat⁹ paulatī ex humiditate

pulmõis egredit̃: ⁊ iccirco tuſſis inde nõ creat̃. Qũ antẽ collũ circũdet̃ ſuffocatõe: cor ⁊ pl'monẽ neċe ẽ fumoſuʒ aerẽ expellẽ: qḋ nos mõſtrauim⁹ ĩ libro ĩtitulato q̃re ne ceſſari⁹ ſit anhelit⁹: qũ fũoſus aer neq̃at exire p̃ nimia ſuffocatõe. Anguſtiat̃ ãt pl'mo aĩalis qũ maiori ãguſtia expellit̃ a pl'mone aliq̃ʒtulã ptẽ cũ ĩpo aere nãl' hũiditatis ſue emittẽte: ſic ĩ ſãguis ſcreatu ẽ vidẽ. Qḋ qũ appeat pditõem ſignificat: qũ nimia ſit ãguſtia pl'mõis pp ſuffocatõem aĩal'. ãguſtiat̃ ãt pl'mo p̃ calore nimio ſibi a corde miſſo. ſi g̊ aſcẽſio ſpũe ex caloris ẽ ebulatõe: ⁊ motus anhelit⁹ duricie: ⁊ pl'mõis ãguſtia ĩ emiſſiõe: ſignuʒ erit mortale. Sʒ tñ aliq̃ñ ⁊ raro ĩ ore ſuffocati ſpũa appuit: ⁊ nõ mortu⁹ fuit. Intelligẽdũ g̃ ex v̊bis hypo. nõ ĩ oĩb⁹ ſʒ ĩ pl'ib⁹ illõ ſepe fieri: ſic ĩ alio aphoriſmo ĩnuit: Quib⁹ iuuenib⁹ inq̃t exñtib⁹ vẽtres hũidi. neq̃ʒ h̃ in oĩb⁹ ſʒ ĩ pl'ib⁹ determinauit: qḋ in fine huius pticule dixit expſſius: ſiccantur. n. vt in pluribus ſeneſcẽtibus. 44

# Craſſi ualde ẛm naturam cito moriuntur magis gracilibus.

Hypocras craſſos valde: craſſos a principio ſue natiuitat' ĩtellexit. Bonũ ẽ. n. corpa ñ multũ eſſe craſſa: neq̃ʒ ml'tũ macilẽta: q̃ ſi tal'r pſeuerẽt vſq̃ʒ ad vltimã ſenectutẽ viuẽt. Si v̊o alter̄ vltimet̃ in macie melli⁹ ẽ q̃ʒ in craſſicie. Craſſor̄ v̊o corpũ vene ſũt ãguſte: vñ neq̃ʒ ſpũ abũdãt neq̃ʒ ſanguĩe: ⁊ iccirco qũ eor̄ etas ptelat̃ puis ⁊ paucl' accñtib⁹ ſupuẽiẽtib⁹ extiguũtur. Sʒ macri nõ ſic: q2 v̊o eor̄ mẽbra p̃ncipalia ſũt diſcoopta: puis ex reb⁹ ſũt patiẽtia. Tẽperati iter vtrũq̃ʒ ⁊ dietãtes delectabil'r vt craſſeſcãt: vene eor̄ ⁊ arterie fuerũt ⁊ pmanẽt large: vñ nõ cito illor̄ extiguit̃ calor. 45

# Epilepticorũ iuuenib⁹ alteratõem mutatões maxime etatis: hor̄ar̄ locorum faciunt ⁊ uitaruʒ.

Epilepſia apoplexie ẽ vicina: ⁊ vna vtriuſq̃ʒ ẽ cã ſʒ ĩ apoplexia v̊t⁹ ad neruos currẽs tota eſt ablata: in epilepſia nõ tota ſʒ eadẽ v̊t⁹ quodãmodo ẽ ĩpedita. vtrãq̃ʒ v̊o faciẽtes chimi fridi ſũt: ⁊ viſcoſi: ⁊ g̊l ſi. vñ etas iuuenilis calida ⁊ ſicca epilepſie ẽ medicina. Scõm has rões faciũt ⁊ regionũ mutatões: ſʒ nõ mutatões oĩm vitar̄: ſʒ corp⁹ ad calorẽ ⁊ ſiccitatẽ ferẽtiũ põt abſolute ⁊ vitar̄ ĩtelligi: ⁊ iuuamẽtũ erit epileptic'. H̃. n. paſſio ex mala ⁊ ĩordĩata naſcit̃ vita. mutatões v̊o ĩpor̄ debẽt eſſe ſemp ad meliora. ſ. paſſiõi cõtraria 46

# Quor̄ dolor̄ q ſil' fiũt nõ ẛm eũdẽ locũ uehemẽtẽ denigrat alteruʒ.

Aph h̃ qḋ dicit Sil': vnũ locũ certũ ĩtelligim⁹: ĩpoſſibile eẽ v̊r. Si v̊o locũ tantũ hñtẽ ſpaciũ q̃ʒtũ arm⁹: brachiuʒ: crus: coxa: ⁊ his ſil'ia: in quocũq̃ʒ hor̄ duo dolores ſũt: vn⁹ alter̄ augmẽtat: neq̃ʒ alter magis ſentit̃ altero. Si v̊o ĩ duob⁹ locis: vt ſi vnus ĩ brachio: alter ĩ crure ſit maior: obſcurat alter̄. Virt⁹. n. ſenſibilis ſp ad maiorẽ tota trãſit. Idẽ ẽt ĩ triſticia videmus q̃ dolor ẽ aĩe: ⁊ nihil aliud. maior itaq̃ʒ triſticia: niſi v̊iq̃ʒ ſit de re vna: minorẽ triſticiã obſcurat. 47

# Circa gnãtiõem ſaniei dolores ⁊ febres accidũt magiſ q̃ʒ fcã ſanie.

Sanies de ſãguĩe mutato ẽ ĩ q̃ſdã q̃litates int̃ bonũ ⁊ malũ ſe hñtes. Mutatio. n. ad malũ abſolute: ẛm putredinẽ ⁊ fetorem ſe hʒ. Mutatio ad bonã q̃litatẽ ſignificat mẽbror̄ tẽperamẽtũ: ſed gnãtio ſaniei iter vtrũq̃ʒ ſe hʒ. neq̃ʒ. n. de ſolo calore ẽ nãli: neq̃ʒ nõ nãli. dolor aũt ãt nõ ſit inde: niſi pp extẽſiões mẽbri vbi apoſtema ſit ⁊ calefactiõeʒ ſui. corp⁹. n. calefit ex calore mẽbri ĩ quo apoſtẽa ẽ: qḋ erit qũ ſanguis moueat̃ ebuliẽs ad mutãdũ in ſaniẽ. ſanies. n. de ſanguĩe ẽ: ſicut cinis de lignorũ incẽſiõe: vnde ⁊ dolor ⁊ febres alieuiantur: qum facta iam eẽ videat̃: ⁊ maxime ſi ſanies egrediat̃. tũc. n. mã iam cõſumit̃: ⁊ calor extinguit̃. 48

# In oĩ motiõe corpis qũ cepit q̃s dolere: q̃eſcere ſtatim remediũ ẽ.

Exercitiũ vtile ẽ: nã cõmouet nãlẽ calorẽ: ⁊ validas facit q̃ in mẽbris ſũt v̊tutes nãles: ⁊ v̊tutes aĩales: ⁊ vitales. Ver̄ q2 in exercitio ſũt ꝯſiderãda ⁊ tps ⁊ q̃ʒtitas: ⁊ mod⁹ vtẽdi: nũc de q̃ʒtitate regulaʒ dat hypo. Dolor h̃ q̃ ⁊ poloſ ĩ ligua greca d̊r: ſignificat locũ cũ fatigatõib⁹ eẽ. qḋ ãt duor̄ ĩtelligit̃ ver̄ eſſe: videt̃ ſi hõ ſe moueat quoad mẽbra doleãt ex nimio motu: et ĩñ ita fatiget̃ vt nõ ſine magno dolore eadẽ mẽbra moueantur. quies qum incepit dolori remediũ eſt. 49

# Aſſueti aſſuetos labores ferre: ⁊ ſi fuerĩt ĩbecilles: aut ſenes ĩſuetis ⁊ fortib⁹ ⁊ iuuẽib⁹ faciĩlus ferunt.

Hic aphoriſm⁹ ſupiori ẽ ꝯtinu⁹: nã de ſanatiuis h̃ ẛmo ẽ: ⁊ ſupi⁹ q̇dẽ de q̃ʒtitate exercitij: hic v̊o modũ vtẽdi ſignificat: vt ſit ſic oʒ exercitãtes ad ꝯſueta deducẽ gymnaſia. Dat g̃ nobis hypo. medicinalẽ ſpẽm: Nis ꝯſuetudo p̄us hĩta leuior: al't. n. alr̄o cõſueuit aliter fatigari: vtpote q̇dã pedib⁹: al't v̊o mãib⁹: alij alijs artub⁹: ⁊ q̇dã ex totis corpib⁹. Itẽ q̇dã eadẽ mẽbra q̇b⁹ ad laborẽ vtũt̃ magis ſũt exercitãtes: q̇dã v̊o min⁹. Mẽbra. n. ad laborẽ exercitatiora ſũt ad id qḋ ꝯſueuerũt inſuetis cõfortatiora: ⁊ ideo minus inde leſa. 50

# Ex ml'to tpe ꝯſueta: ⁊ ſi fuerit deteriora inſuetis min⁹ moleſtare ꝯſueuerũt: oʒ igit̃ ad nõ ꝯſueta trãſmittere

Non ſolũ h̃ de exercitijs vt p̄ori: ſʒ abſolute de oĩ ꝯſuetudine dixit: ſiue pot⁹: ſiue cibi: ſiue balnei: q̇et': calor': ſõni: frigor': triſticie: q̃ oĩa ſil'r ꝯſueta min⁹ inſuet' ſũt ledẽtia. Nã ẽ eadẽ q̃ ĩ exercitãtib⁹ eadem mẽbra ex ꝯſuetudĩe dcã ẽ ſupi⁹. De oĩ ãt ꝯſuetudine ego dcũr⁹ ſũ. Cib⁹ ſil'r ⁊ pot⁹ p̄pã ſtõacho dãt nãʒ: de ſtomacho cetera mutuãt mẽbra ⁊ nutriũt. Itẽ cib⁹ ⁊ pot⁹ q̇dã mutatõe corp⁹ ĩ ſuã nãm mutãt: q̃ mutatio lõg' tpib⁹ augmẽtat̃: ⁊ int̃ cibũ ⁊ corp⁹ accñs qḋdã mediat̃: que oĩa nos mõſtrauim⁹ ĩ libro de accñtib⁹ vbi oſtẽdim⁹: oẽ qḋ alij aſſil'at̃: cito aſſimilãs aſſil'atũ trahit in ſuã nãʒ: ⁊ oẽ mutabile mutãdo ſil'e: mutat mutãdũ facile: ĩmo omia corpa corp⁹ tangẽtia q̃ʒtalibʒ ĩmutatõe id erũt mutãtia: vt ſi aere mõ frido mõ calido corp⁹ tãgat̃: frido corp⁹ cõſtipat̃: ⁊ pori claudũt̃: calido aere pori apiũt̃ ⁊ rareficãt̃. Si ãt corp⁹ calido aere rarefactũ frid⁹ aer tetigerit ſtatĩ interiora patefac̃: ⁊ ml'tũ nocet ſibi: q̃ oĩa in libro de ꝯſuetudine dicta ſunt. Hypo. v̊o h̃ mõſtrat qḋ expimẽto pbauit: neq̃ʒ tñ cãm oñdit: ſʒ nos ſatis explanauim⁹: ſufficiat ãt qḋ ĩ p̄ma pte h⁹ aphoriſmi dixim⁹. Qḋ ãt in fine dixit: Oportet g̊ ad ñ ꝯſueta trãſmittẽ. autorizauit qũo corp⁹ ſanitatẽ recupare poſſit. Si. n. hõ vnã ꝯſuetudinẽ hũerit ĩ dubio morat̃: q2 null⁹ ẽ q̃ aliq̃ñ aliq̊ nõ ꝯſueto moueat̃: vñ iniũxit bonũ eẽ ad oĩa pbãda ſe trãſferre: ne ſi forte ſibi euenerit qḋ ãtea nõ ꝯſueuit maxĩe ſibi noceat. hoc vero facere poterit ſi nõ in vna cõſuetudine pmanens: ad cõtraria ſe trãſtulerit. 51

S Ecũdũ multũ ⁊ repẽte euacuare aut replere aut calefacere aut ifrigidare aut aliť quõlʒ corp⁹ mouere fallax ẽ: ⁊ oĩo nãe inimicũ. Paulatiʒ uero certũ ⁊ ex alio ad aliõ trãſiř deceʒ: ñ alř

I Nnuit ħ nobis: ꝙ oĩa extra nãm moleſta ſint. Corpis.n.pfectio nõ ẽ niſi cũ tpamẽto vnde ad vltimitatẽ deueniẽtia nãm ſũt corrũpẽtia. Que ãt paulatĩ de plenitudine ľ inanitõe ľ ſilib⁹ fiũt: ⁊ bõa ⁊ ſecuriora ſũt: iuxta ꝯſuetudinẽ exeũtia. In alio aphoriſmo dixit ad incõſueta debẽ trãſmittere. 52

O Mnia ſm rõeʒ faciẽti ⁊ nõ eueni enti ſm rõem: nõ trãſire ad aliud manẽte eo quod uiſum eſt a principio.

S Apiẽtẽ nõ debem⁹ infamare: ſi nõ in q̃libet re illico bñ ſibi ſucceſſerit: ⁊ ſi nõ actio appeat hui⁹ rei ad quã intẽderit: ſic aq̃ guttatĩ diu efflues pe tre effciñ ſuauis penetratõis ſolet qñq3 oñdẽ: ſic ⁊ ĩ morbis ad digerẽdũ duris: ſi rõnabiľr ⁊ bõa via ſe exercuerit ſapiẽs: ⁊ tñ nõdũ appuerit: a via tñ nõ deſiſtat rõnabilitatẽ. Trãſire ad aliud duob⁹ modis fit: ſm q̃litatẽ: ⁊ ſm q̃titatẽ. q̃litate: vt ſiq̃s ex caľis ad frigidã muteť medicinã. q̃titate: vt ſiq̃s ex calidis ad calidiora: vľ ex frĩdis ad frigidiora. Dixit g̊: q̃cũq3 ſm rõem medicãť: ⁊ ſi nõ ſm ſẽſũ cog̃ſcãt eg̃ti adiutoriũ ſibi fieri: nõ tñ trãfferẽdũ ad alia: ľ q̃litate ľ q̃titate. Nã ħ facẽ methoicorum ẽ: ⁊ eorum qui ſʒ expimẽtũ medicina vtũť: manẽte egritudine q̃ ĩ pñ⁹ viſa eſt eadẽ. nã ſi muteť: vtpote ſi de tertiana fiat quotidiana: tũc ⁊ medicinã neceſſe eſt mutari. 53

Q Uicũq3 uẽtres hñt hũidos: iuuenes q̃dẽ exñtes: ſiccos hñtib⁹ meli⁹ ꝯmutãt. In ſenectute uero deteriuſ commutant: ſiccantur enim ut in pluribus ſeneſcentibus.

H Ic aphoriſm⁹ iã ẽ vtpote ſupi⁹ expoſit⁹: vbi dicit Quibuſcũq3 iuuenib⁹ exñtib⁹ ⁊c̃. bonũ ẽ in iuuẽtute fluxũ vẽtris hře: qm̃ ſupflua corpis facilius egrediũť: ſed quib⁹ hoc nõ fit ſenect⁹ eſt grauis: q2 ppter cãm ſupius dictã deſiccãtur. 54

I N magnitudie uero corpis iuueneſcere q̃dẽ decẽſ ẽ ⁊ nõ inſuaue: ſeneſcere iutile: ⁊ peius minoribus.

M Agnitudo corpis pculdubio ħ dř q̃ tpamẽtũ in lõgitudine ⁊ pfũditate ⁊ latitudine egrediť: ſed corp⁹ in lõgitudine ſolũ hoĩes ꝯſueuẽrt appellare magnũ: nomẽ tñ certũ ẽ appellare lõgũ. Itẽ corp⁹ in vltimitate latitudinis ⁊ pfũditatis magnũ vocať: ſed tñ nomẽ certũ ẽ g̊ſſum. hypo. ãt nõ ad magnitudinẽ hãc itẽdit: ħ.n. nõ ẽ mala in ſenectute: neq3 groſſũ ĩtelligit. ꝙ ſi ſit in ſenectute: moleſtũ. non.n. in iuuẽtute fuit bonũ. Solũ g̊ lõgũ intẽdit in quo ħ qõ dixit certificauit: ħ.n. in ſenectute torq̃ť: curuať: gibboſať: ⁊ vix ab hñte portatur. talib⁹.n. iuuenib⁹ cõtrahũť maiores muſculi in ſenectute: vñ curui remanẽt hmõi: ⁊ pei⁹ ẽ eiſ q̃3 miorib⁹: etiã ſi contigat eiſdẽ cõtrahi ſpinales muſculos.

Finit ſecũda particula. Incipit tertia.

I N ħ tertio nr̃o volumie diſpc ſuim⁹ exponẽ qõ in tertia hac pticula dixit de vere: tpib⁹ anni: et etate: obſcuriora tñ volum⁹ dicẽ: ĩdigẽtia expõe de vnoquoq3 g̊ horum p nr̃a ꝯſuetudine ẽ mõſtrãdũ: ⁊ diſputãdũ ſup ſnĩa hypo. inq̃3 inuolutiora: repugnãdum quoq3 luce ſup his q̃ mirabiľr viſus ẽ expoſuiſſe: ⁊ intentõem hypo. in ħ libro diſſimulaſſe. qõ ãt expoſuit a quodã magiſtro ſuo cratone accepit: hic aũt nihil rõnabile attulit: ſed qõ expimẽto didicit. Hypo. tñ hic teſtatur ꝙ nõ ſolũ experimentũ introducatur. .I.

M Utatões tpũ maxime generãt morboſ: ⁊ in horis magne mutatões aut frigiditatis aut eſtus: ⁊ alia ſm rationeʒ ſic.

Q Uidã arbitrati ſũt mutatões tpũ hypo. dixiſſe ꝯtinuatões eorum: ac ſi dixiſſet: Qñ altẽi tpũ ſuccedit ⁊ alterum. Immuta°.n. hyemis ad ver gnãt ſic dicet ĩfirmitates: poſteri⁹ vo dicet in vere maniã: epilepſiã: melãcholiã: ⁊c̃. Qñ iterum ver ĩ eſtate muteť: ⁊ initiũ ẽ eſtat]: cõtinuas febres: tertianã: cauſõ: ⁊ alia q̃ nũerauit eẽ teſtať. Siľr ẽt ⁊ ĩ autũno ⁊ ĩ hyeme ita hypo. intẽdũt intẽdiſſe tpũ mutatões eorum ꝯtĩuatões Sʒ ĩ ħ aphoriſmo vnũ q̇ddã hř: qõ ħ hypo. autumãt nõ ĩtellexiſſe. Si.n. he mutatões tpũ: hos morbos quos dixit generãt: nõ tñ aliqñ morbos p̂⁹hitos minorãt: ſʒ ideʒ teſtať: ꝙ aliqñ minorẽť. Si ãt ita eẽt vt autumãt mutatões tpũ nõ magľ ppe gnãrẽt morbos q̃3 eos auferrent. Itẽ ſi ſic eẽt: q̃re In horis magne mutatões: addẽt: Uñ intẽdẽ nos ĩnuit nõ ſolũ tpũ mutatões: ſʒ eorum ꝯplexiões q̃ maxiẽ generẽt morbos: qñ oĩode ſuas mutẽt ꝯplexiones: ſic idẽ ĩ epidimia dixit: qõ poſtea dicã. Qõ aũt ſubiũxit: Et ĩ horis maxie morbos gnãnt: qñ mutẽť in ꝯplexiõib⁹ ſuis: verum eẽ potuit: ſʒ tñ ñ q̃liſcũq3 ſit mutatio ĩ ea dixim⁹ morbos gnãri: niſi qñ mutatio maxĩa fuerit: ⁊ iõ Magne mutatões dixit in horis frĩtatiſ ſiue eſt⁹. Et talia ſm rõem euenire: Sic.i. hũiditatẽ: ſiccitatẽ: vẽtorum ſufflatõem: eorum q̃etẽ. Hec vř expõ libri ⁊ intẽtio hypo. Inueniť aũt ħ aphoriſm⁹ aliť ĩ aliјs libris: Cõuerſiões tpũ anni: cãe ſũt gnãndi morbos: maxie ſi magne ſint: ⁊ ĩ eodẽ mutatões magne. Quib⁹ ex v̊bis nihil eſt obſcurũ: maxie his q̃ meã ãteriorẽ expõem ĩtelligũt: ⁊ in aliјs libris aliť ẽ ĩueniri: ⁊ itidẽ põt ĩtelligi. Aliť ħ mutatões tpũ q̇dã intelligũt trãſitũ vni⁹ tpis ad alterum: vt eſtatis ad hyemẽ: et hyemis ad ver: nõ abſurdũ q̇dẽ: nã ⁊ he faciũt egritudinẽ. vñ indigne hypo. intẽtõem explanãt: ſʒ mutatio ħ ẽ intelligẽda eiuſdẽ tpis ſm q̃litates alteratio. V̊bi gr̃a: ſi qõ ẽ frĩdũ nã fiat calidũ. Magne mutatões q̃ oĩm q̃litatũ pmutatõe fiũt: vt ſi eſtas calida ⁊ ſicca frĩtatis ⁊ hũiditatis affectõem ſumat: vel ſi eadẽ die nũc calor: poſtea frig⁹: ⁊ iterũ calor: ⁊ iterũ frig⁹ fiat. 2

N Aturarũ he q̃dẽ ad eſtatẽ: he uero ad hyemẽ bñ aut male nate ſũt

I N ħ loco noĩauit hypo. nãs q̃ vere debuẽ noĩari: Nãs.i. ſubiecta mãifeſta natur]. Nos aũt cõplexiões eľorum eẽ dicim⁹.i. hũiditatẽ: ſic. ca. ⁊ fri. Mõſtrauim⁹ quoq3 in libro cõplexionũ. ix. eẽ ꝯpľoes. vnã eq̃lẽ: ⁊ ẽ pfecta: ⁊ octo ineq̃les: ⁊ he ĩpfecte. harũ q̃tuor ſingule q̃litatũ dñanť vnicuiq3: ca. fri. ſic. ⁊ hu. q̃tuor autẽ duab⁹.i. ca. ⁊ ſic. ca. ⁊ hu. fri. ⁊ ſic. fri. ⁊ hu. vnde ꝯplexiõem hñtes fri. ⁊ hu. in eſtate bñ ſe hñt: ca. ⁊ ſic. ĩ hyeme meli⁹. ſiľr ca. ⁊ ſic. ĩ eſtate pei⁹: fri. ⁊ hu. pei⁹ ĩ hyeme.

est ⁊ alia cōplerio iter bas.f.ca. ⁊ hu.q̄ i hyeme pp humiditatē peioꝛ:pp caloꝛē peioꝛ in eſtate. ⁊ ecōtra: in eſtate bona eſt pp humiditatē:hyeme melioꝛ ,ppt̄ caloꝛē. 3

e Egritudinū alie ad alias bene aut male nate ſunt.

In eſtate nāliter bene ſe hn̄t frigide ⁊ hūide diſtpantie: coartat̄.n.imoderatio eaꝝ a caliditate ⁊ ſic.male aūt tūc calide ⁊ ſicce ſe hn̄t:eo q̄ itēſe tpātie in hmōi imoderatiōem cadūt: ſilr̄ in hyeme fride ⁊ hūide tpātie male ſe hn̄t:calide ⁊ ſicce bn̄.Vn̄ bn̄ ⁊ male natū eē duob⁹modis ē.vr̄.n.ſm gnātiōem: ⁊ ſm ſolutōem:vt bn̄ natū ē fieri:bn̄ natū ē ſolui.vn̄ calide egritudines bn̄ nate fieri ſūt in eſtate: ⁊ bn̄ nate ſūt ſolui i hyeme:eo q̄ ɔ̄rioꝝ ɔ̄rie ſūt ſolōnes. Que āt ſūt calide vt ētiane ⁊ cauſon:in hyeme q̄dem male nate ſunt fieri . oſtendūt enim nimiū caloꝛem quem inferūt:male autem nate ſolui in eſtate.Similiter ⁊ ſm locum: ⁊ ſm etates: ⁊ ſm dietas. 4

e Etates q̄dam ad regiōes ⁊ oꝛas ⁊ dietas bene aut male nate ſunt.

b Hic paꝝ a rectitudīe hy. vr̄ deuiaſſe:bonū aūt eēt ſi ſic diceret: Oīs moꝛb⁹ ⁊ etates ad tpa āni: ad regionū ⁊ dietaꝝ ɔpatiōes bn̄ ⁊ male:meli⁹ ⁊ pei⁹ nate ſūt.Moꝛbi.n.ex ſili gnāti: ⁊ ecōtrario curati meliores ſūt ex cōpatōe:l' ex pte tpū āni q̄ nos explanauim⁹ qū i moꝛbis dixim⁹egrotātes q̄buſcūq̄ nāe ,ppe min⁹ pl̄ıcitari.Etates v̄o ſicut ⁊ nāe intelligāt̄:q2 q̄b⁹hūiditas i eſtate dn̄at̄ ⁊ quib⁹caloꝛ in hyeme meli⁹ ſe hn̄t: ſenes aūt in eſtate melius:iuuenes vero meli⁹in hyeme. Idem de moꝛbis ⁊ etatib⁹ſm regiōem intelligat̄. Moꝛbi.n.calidi in regiōib⁹naſcētes calidis min⁹ſunt moleſti. Etas v̄o calida ſanioꝛ eſt in regione frigida:immo vl̄r hec oīa bona ſunt ecōtrario accepta. Moꝛbi ſ.n.fridis ⁊ etatib⁹ diete calide ſūt melioꝛes.moꝛbi ſ v̄o ⁊ etatib⁹hūidi ſicce diete. Sed lȝ he melioꝛes ſint ecōtrario accepte:ɔplexio ni tn̄ tpate:regionē tpatā tp̄s ⁊ dietā oꝫ eſſe.hec eni ſola melioꝛat̄ ex ſili tudine ſua.etates quidē in eo q̄ ſm nām ſilib⁹gaudēt:in eo q̄ extra nām cōtrarijs. In egrotātib⁹ etatibus eſt iſte ſermo. 5

I In hoꝛis qū eadē die aliqū q̄dem eſtuſ:aliqū uero frig⁹:autūnales egritudines expectare opoꝛtet.

t Tempa āni nō ſūt cā moꝛbi: ſȝ mutatiōes ſue cōplexōis.ɔplexiōib⁹g̓ cuiuſlibet tpis in q̄ſlibȝ alias nās ſibi oppoſitas mutati ſ:q̄cūq̄ hoꝛa ſeu tēpe mutet̄:nece ē vt moꝛbi generēt̄.qū g̓ in tpib⁹vt i vere eodē incipit die caloꝛ fieri:ita vt circa t̄tiā hoꝛā frig⁹:media aūt die rurſus frig⁹: ⁊ iteꝝ caloꝛ:autūnales egritudines.i.ineq̄les expectare oꝫ:nā ineq̄les autūno fiūt:eo q̄ ineq̄le nālr̄ ſit tp̄e. Ineq̄litas aūt ſit:qū trib⁹hoꝛis ſit caloꝛ: ⁊ trib⁹hoꝛis frig⁹. diffūdit̄.n.nā ex: ⁊ relaxat̄ coꝛpus. Itē frigoꝛe rurſus intēſo ſubito reuertet̄ in,pfūdū nā:cōſtrictiōes coꝛpis faciēs diuerſas:g̓ nūc quidē ad caloꝛē: nūc ādē ad frig⁹ diſſoluit̄ laboꝛās: ⁊ tūc nō ſit ſm rōem digeſtio:ſȝ exquo hūoꝛes varij ⁊ diuerſi gnānt̄:varias et incōpoſitas ⁊ ineq̄les faciūt egritudines. 6

a Auſtrini flat⁹ g̓uant auditū:caligi noſi caput g̓uātes : pigri diſſoluētes:qū iſti p̄ualēt talia i moꝛb patiūtur egrotātes. Si uero boꝛeas fuerit: tuſ ſes:fariges:uētres duri: diſſurie: hoꝛroꝛes:doloꝛeſ ⁊ pectoꝝ ⁊ lateꝝ.qū iſti p̄ualuerit : talia in moꝛbis expectare opoꝛtet.

h Ypocras infirmitates dicit futuras: quz auſtrinos auditū grauare dicat:q̄ꝺ nece fuit eū tāgē: q2 oꝫ q̄ naſcūt̄ de natur| moꝛboꝝ:l' ō ex ſneis cāis medicū diſcernē:vt ſm q̄ iuſtū ē poſſit iudicare. Nō āt ē graue videri vn̄ grauet auditū auſtrini:q2 ſi ɔplexio b⁹ vēti calida ſit ⁊ hūida: nece ē vt grauitatē faciat capitis vn̄ qū iſte ſufflet inſ̄ra ſenſualia hūiditate īueniūt pléa ⁊ caput grauātia.Qū v̄o itia neruoꝝ hūectet̄ h⁹vēti tpi b⁹voluntarij mot⁹grauāt̄: ⁊ hoīes īpotētes ⁊ debiles effi ciūt̄.Et i boꝛea ſit ecōtra:q̄ꝺ tn̄ poſtea tāgȝ hyp. ſȝ h̄ q̄s egritudies faciūt hi vēti tetigit:vt poſſem⁹diſcernē accn̄tia q̄ de moꝛboꝝ naſcūt̄ eēntia: ⁊ q̄ de cā ex̄nea.vn̄ dixit Si boꝛeas fuerit:tuſſes fiūt ex mutatōib⁹ɔplexionū ſpiritualiū inſtroꝝ: ⁊ aſpitatib⁹guttur|.qū.n. Fariges dixerit:ad gule attinē voluit aſpitates.qū.n.gulā h̄ vēt⁹pſlet nece ē deſiccet ⁊ induret. Vētres duri dixit: ⁊ egōes itelexit:q̄ ſicciores ſūt ⁊ durioꝛes in hoꝝ ſtatu vētoꝝ:qū to tū coꝛp⁹p hos deſiccet̄:vn̄ pl⁹de hūiditate ciboꝝ nece ē trahat̄: ⁊ feces diuti⁹in vētrib⁹ ex ſui ſiccitate moꝛātur. Diſſurie v̄o fiūt ex paſſiōib⁹veſicaꝝ. qū.n.veſica ſit frida ⁊ ſicca ⁊ ſine ſāguie:pl⁹patit̄ q̄ alia mēbra ex accn̄tiū frigiditate ⁊ ſiccitate. Itē friditas boꝛee doloꝛē facit in pectoꝛe cū ſue deſiccatōis: ⁊ pectoꝛis ⁊ inſtroꝝ ſpūs vicinitate. Hoꝛroꝛes quoq̄ fiūt pp h⁹vēti ɔplonis friditatē. Itē de eodē auſtrini calidi ſūt ⁊ hūidi. vn̄ reſoluūt eaꝫ q̄ in nobis hūiditatē.h̄ aūt diſſoluta diſſoluit oēs v̄tutes: aīales:vitales:nāles: ⁊ ſp̄uales.nā ſi circa venas ferat̄ caliditas ⁊ hūiditas nāles hūiditates reſoluit:ſi āt circa arterias vitales.Si v̄o circa tenoꝛē neruoꝝ: ⁊ maxie voluntarioꝝ h̄ hūiditas ferat̄ vel caliditas: tūc ⁊ ſm differētes locos p̄dcē accidūt paſſiōes. nā ſi fuit circa caput determinatā faciūt capit| g̓uitatē:pp mltos vapoꝛes ⁊ ſpiſſos in eo gnātos:ſi aūt circa aures facit graues audit⁹:ſi v̄o circa oclos:oclo ꝝ caligīe facit:q̄ ſi circa poſterioꝛes ꝑtes:facit mot⁹difficiles. Diſſolutio v̄tut| duob⁹modis ſit aut.n.euapoꝛat̄:aut extiguit̄.h̄ āt extigui eā dixit. 7

q Quz eſtas ſit ueri ſilis:ſudoꝛeſ mltos in febrib⁹expectare opoꝛtet.

s Sicut aū dixit:qū eadē die ē aliqū eſt⁹: aliqū frigus:autūnales egritudies expectare oꝫ:ſilr̄ ⁊ qū eſtas ē ſilis veri.i.qū ɔplexiōes ſue tpate ſūt:mltos in febrib⁹expectare oꝫ ſudoꝛes: ⁊ vex ē:q2 mlt⁹ſudoꝛ ſit ex caliditate ⁊ mlta hūiditate: ⁊ hoꝝ vnū ē īuenire in hyeme:alteꝝ v̄o in eſtate:neutrū in autūno:in v̄e vtrūq̄: Si v̄o eſtas ſit ſiccioꝛ:neceſſe eſt humiditas deſiccet : ſi ſilis veri neceſſe eſt humiditatē ad cutē trahi cū vi caloris: ⁊ q̄ ,ppter nimiā humiditatē in fumū diſſoluē non poſſit in tpe criſis:humoꝛes illos expulſos ſudoꝛes neceſſe eſt fieri. 8

I In ſiccis tpib⁹ febꝛes acute fiunt ⁊ ſiqdem ann⁹ talis exiſtēs ampli us fuerit: q̄lem conſtitutiōeꝫ fecerit in plurib⁹: ⁊ tales egritudines expectare opoꝛtet.

I In ſiccis tpib⁹ nō mltas egritudines ſiue febꝛes ſed acutas naſci fatet̄. Paulo vero poſt dicet:

Cōſtitutiões quidē anni oiuo q̄dem ſicce pluuialibus ſunt ſaniores ⁊ minꝰ mortifere. Egritudines aūt dicit in pluuialibꝰ febres lōgas: qḋ ex neceſſitate cōſeq̄t: quia ex hūiditate aerꝭ mlti hūores phlegmatici in corpibus aduenāt. Et ecōtra aerꝭ ſiccitas chimos mioꝛat: ſꝫ tn̄ in q̄litatibꝰ ſuis acutiores fac̄: vn̄ ⁊ febres pauciores ſūt q̄ȝ in humiditatibꝰ tpū: acutiores tn̄ pp ſiccitatē. Additio: Itē de eodē in p̄oribꝰ aphoriſmis de cōpoſitꝭ q̄litatibꝰ: hic āt de ſimplicibꝰ ē illi ſmo. i. de ſiccitate: ⁊ n̄ de q̄libꝫ ſiccitate: ſꝫ de īmoderata: nā moderata n̄ fac̄ egritudies: īmoderata v̄o n̄ q̄ſlibꝫ: ſꝫ acutas. i. tertianā: ⁊ cauſon. nā ſiccitas p ſe ſola ſolꝫ generare cholᷓꝫ rubeā: ⁊ ſi calidiꝰ tp̄s fuit q̄ȝ oportear: oio acutas facit febres: ſi āt duo tpa peioꝛ ē cōplexio: ſi v̄o. iij. vl. iiij. moleſtiſſimū ē huius. i. nā h̄ pōt graues peſtilētias generare: ⁊ bubones. 9

In moderatis tēpibꝰ ſi tpalr̄ tpa ſe reddiderit: boni ſtatꝰ ⁊ bōe egritudis detminatōes fiūt. In imoderatis uero maxime immoderate ⁊ difficiles determinatiões.

Qualr̄ hypo. itētio fuit de moderatꝭ tpibꝰ pōt intelligi in libro ſuo: q̄ vocat̄ pitōnoxiomaton. ſi eīꝫ appeāt ſigna ī ortibꝰ ſtellaꝝ: ⁊ ī occaſibꝰ eaꝝ: ſm q̄ appere oꝫ: ⁊ in autūno q̄dā pluuie fiūt: hyems v̄o tpata n̄ mltū calā: neq̄ȝ mltū frigida: in vere pluuie pluꝛime tpibꝰ ſuis ⁊ eſtate ſilr̄: ānꝰ ille ē nece vt ſit ſanꝰ. Ex q̄ oꝛdiatōe tpū qū hypo. ppēderꝭ itellectū: poterꝭ ēt intēdere q̄d ī his poſſit obuiare: q̄ ip̄e in moderatꝭ dixit: ⁊ in his morbos naſcētes īmoderate detmiatōis: ⁊ hn̄ q̄ criſ in his morbis qū timoroſ vēit accn̄tibꝰ: alr̄ nālr̄ ip̄a ī ſe peſſima eſt: alr̄ mortal̄: neq̄ȝ totā māꝫ purgās: ſed vnde infirmus recidiuat ſeruans. 10

In autūno acutiſſime fiūt egritudines: ⁊ maxie mortifere ut ī plībus: ver uero ſaniſſimū ⁊ minime mortiferum.

Tempora āni ſi ſm q̄ oꝫ cōplexiões ſuas ſuauerit: ver cet̄is tpibus ſaniꝰ: ⁊ mīme mortifeꝝ erit: q̄ tpātiꝰ ē aliīs. Autūnꝰ acutoꝝ morboꝝ ē generatiuꝰ: ⁊ peſtilētioꝛ cet̄is: ver v̄o ſic̄ diximꝰ in ſuis tpatuꝫ cōplexiōibꝰ. Autūnꝰ in mltꝭ illaudabil̄ eſt rebꝰ. p̄mo: q̄ eadē die alr̄ q̄dē frigidus: alr̄ q̄dē calidus. ſc̄do: q̄ qū ſit poſt eſtatē inuēit in mltꝭ corpibꝰ chimos incēſos: ⁊ in q̄buſdā v̄tutē defectā. Neq̄ȝ ēt ſolū hoc: ſꝫ anteq̄ȝ vēiat ad cutē chimi mouēt̄ ⁊ diſſoluūt̄: ſꝫ iſte vēiēs r̄cludit ppt̄ ſuā frigiditatē in īterioꝛibꝰ: qḋ nālr̄ in oībꝰ fac̄ hoībus: particulariter v̄o in male dietātibꝰ ex multꝭ fructuū comeſtiōibꝰ: quibus mali chimi in corpoꝛibꝰ abūdāt. 11

Autumnus ptiſicis malus.

In ſupioꝛibꝰ autūnꝰ vniuerſalr̄ blaſphemat̄: h̄ v̄o pticulariter in ptiſicꝭ. Dic āt ptiſicos intellexit ex vulneribꝰ laborātes pulmōis. pōt ēt qḋ dixi de oī ꝯſūptōe corpis accipi: vn̄ n̄ poſſuꝫ certificare ad qḋ hoꝝ intēderit hypo. maxie ſiue p̄us: ſiue poſteriꝰ itellexerit: autūnꝰ nece eſt malus ſit. eſt enim frigidus ⁊ ſiccus ⁊ inordinatus. 12

De tpibꝰ: ſiq̄dē hyems ſicca ⁊ boreal̄ fuerit: uer uero pluuioſuꝫ ⁊ auſtrinū: nece ē eſtate febres acutas ⁊ ophtalmias ⁊ dyſenterias fieri: maxie mulieribꝰ ⁊ humidis natura.

A Recētia tpū āni īcipit: ⁊ hoc veris ⁊ hyemis dicēs: Si hyēs ſicca ⁊ boreal̄ fuerit: ver v̄o pluuioſū ⁊ auſtrinū ⁊ hūidū: q̄ q̄dē mutatio pua ē. ſed ex curſū nāe tn̄. vn̄ in eſtate fe. acutaſ ⁊ ophtalmias ⁊ dyſēterias fieri nece ē: q̄ꝝ cāe ī pitonaeconcheidaton. i. in libro de aere ⁊ aqua ab eodē mōſtrate ſūt: qū dicerꝫ: Si hyēs ſicca ⁊ boreal̄ fuerit: ver v̄o hūidū ⁊ auſtrinū: eſtate nece ē fe. acutas eē ⁊c̄. qḋ ſi ſit ſubito ophtalmiā nece eſt ſubſeq̄. terra eīꝫ qū eodē tpe ſit hūida pp veris pluuias: ⁊ auſtrini calorē duplicēt ⁊ hūiditatē: vētres v̄o nō deficcēt̄: nec hūiditas cerebri minuat̄: nece ē fe. acutaſ in eſtate ſubſeq̄: ⁊ maxie phlegmaticꝭ: dyſenterias v̄o ⁊ in mlierībꝰ ⁊ hūidis nā. Hec in pitonaeredatōcheidaton: q̄ ibidē explanabo. hec ibidē naſci dixit in eſtate. Itē in ſc̄da pticl̄a epidimie q̄ſdāꝫ in eſtate coꝛruptiōes dixit naſci in craton ciuitate: ⁊ naſcebāt̄ in corpibꝰ eoꝝ q̄dā puſtule: q̄ ignis ſacri vocāt̄: qḋ ſic in libro eodē ꝯtexuit: Fuit in ciuitate craton in eſtate nimia pluuia: ⁊ h̄ in tota eſtate ca. cū auſtrinis maxie ventis: vbi hypo. mōſtrauit cās. i. earūdē puſtulaꝝ naſcētiū māꝫ. Cōplexio eniꝫ tūc tpis in q̄litates putredinē faciētes mutari feſtinauit his quoꝝ nā appata fuit ad h̄: ſic̄ hypo. h̄ dic̄. Morbi inq̄t in hūidis naſcētes tpibꝰ: diuturne ſūt fe. fluxꝰ vētris: ⁊ putredines: ⁊ magꝭ caloꝛ in his opat̄ q̄ȝ hūiditas: q̄ qū vtraq̄ȝ cōueniūt: ⁊ adeo foꝛtia ſūt: ſic̄ in craton ciuitate fuerūt: cito putrefaciūt. Hyēs v̄o ſicca ⁊ boreal̄ q̄buſdā corpibꝰ idē efficit: ſic̄ idē dixit: Boreas facit tuſſire: aſpitatē gutturis vētres ſiccos: diſſuriā: horroꝛes: doloꝛes coſtaꝝ: ⁊ pectorū. Itē ſi tp̄s inq̄ȝ ſiccū fuerit: minus fac̄ infirmari q̄ȝ pluuiale ⁊ minꝰ mortale: ⁊ tn̄ hyemē ſiccā ⁊ borealē eſſe dixit nocētē: ſꝫ nec fe. nec dyſēteriā. Quare āt in vere ſi auſtrinū hūidū ſit: illud idē nō cōtīgit: q̄re q̄ hyēs ātea frigidioꝛ ⁊ ſiccioꝛ fuerat. vn̄ hypo. Nō ſufficit inq̄t p̄ntes q̄litates tpū cog̊ſcē: ſꝫ ēt q̄les fuerit p̄terite. Si g̊ corpus p̄us ꝯſiccat̄ in hyeme: q̄ hyēs ſicca ⁊ boreal̄ fuerit: non ſolū liberat̄ a paſſiōibꝰ ī vere ꝯtīgētibꝰ: ſꝫ ēt ab eodē vere adiuuat̄: ⁊ aliq̄n diu ſuſtētat̄: vt ad tpātiā quā pdiderat r̄ducat̄. q̄ ſi totū ver hūidū ſit: corpꝰ ſiccū vt p̄ꝰ mutabit̄ in ꝯ̄riū: qū pp diurnitatē veris hūidi tpamentū admiſerit: ⁊ ſic ī hūiditatē ipꝫ oꝫ v̄ti. Superueniente v̄o eſtate paratū eſt putredini: vn̄ alr̄ cā ophtalmie ⁊ dyſēterie ſit qū eīꝫ t̄ra adhuc ſit hūida: neq̄ȝ vēti illo tpe pflaturi adhuc apparuerīt: q̄ poſt ī diebꝰ appere ſolēt canicl̄aribus nece ē h̊ tpe qḋ eſt inter initiū eſtatꝭ ⁊ caniculares dies vētis adhuc abſentibꝰ fe. acute ſeq̄nt̄. chimi eīꝫ putrefiūt in corpibꝰ ex caloꝛis ⁊ hūiditatis dn̄atiōibꝰ: vn̄ ophtalmie fiūt: ⁊ dyſēterie. Hec āt ꝯtīgūt ſꝫ vicinitatē mēbroꝝ chimos illos r̄cipiētiū. ⁊ ſm diuerſitates cōplexiōuꝫ corpoꝝ. Ophtalmie v̄o vl̄es ſūt in oībꝰ abſq̄ȝ his q̄ nālr̄ frigidi eē certificāt̄: ſiue hūidi ſiue ſicci: ⁊ abſq̄ȝ his q̄ foꝛtes hn̄t ocl̄os: nō recipiētes hūoꝛes a capite ꝺſcēdētes. dyſēteria v̄o in mlieribꝰ ⁊ hūidis natura: ſic̄ hypo. teſtat̄. Dyſēteria ſit tūc qn̄ mā p tp̄s colligit̄: ēt a caloꝛe eſtatꝭ inficit̄: ⁊ ſit ſalſa: ⁊ iō q̄ ſua ſalſedine exaſpat ⁊ vlcerat ⁊ generat dyſenteriā. Mlieres inq̄t hūidioꝛes ſūt maſcul̄: in q̄bꝰ ſi ſola hūiditas īflāmat̄: nece hūida corpa hec dicta patiāt̄. hūiditas eīꝫ q̄ſi mā eſt putredinis. caloꝛ aūt cauſa eſt efficiēs. humiditas aeris quoq̄ȝ ſupfluitates hūoꝝ in corpoꝛe deſiccari nō pmittit: vn̄ adiuuatura eſt cā putredinis. vnde ergo dixit phlegmaticos plīmos febres pati: qum eoꝝ corpora ſunt humidioꝛa: in quibus qum quedam putrefiant: ⁊ in eis remaneāt: fe. generāt ⁊ dyſēteriā

ſi ꝑ inteſtina exeāt: qui morbi ꝑ totā eſtatē neċe eſt ſint:
ſi non in dieb⁹ canicularib⁹ aliqua imutatio ſuꝑauerit:
ſicut hypo. in ꝑitonaeredaton: Dyſenteria inq̄t in muli-
eribus fit ⁊ hūidis nā. At ſubdit: Si pluuiale ⁊ hyemale
tp̄s fuerit: poſt dies canicl'ares vēiat: ⁊ vēti illo tpe ꝑfla
turi ſuccedāt: illi morbi quos diximus ſupi⁹ ſūt ceſſaturi:
⁊ autūn⁹ ſanior erit. ꝙ ſi nō: mortalitas ī puer̄ ⁊ ml'ieri
b⁹ ē ſpāda: iuuenes ſūt r̄moti ab īfirmitatib⁹ his: q̄cūq̧
euaſerit ſiñ dubio īcidūt q̈rtanas: ⁊ īde hydropiſiz: qō q̄-
re fiat: ⁊ q̈re ſubiūxerit in eodē libro dz explicari. Hūc
aphoriſmū expoſui: nihil quoq̧ qō neċe eſt ꝑtermiſi: ⁊ h̄
qō neċe ē in ꝑitonaeronkeidaton ſil'r expoſui: h̄ āt certi
ficauit ex rōib⁹ ⁊ reꝝ nālīū īueſtigatōib⁹: ñ ſolū expimē
to. Quotiēs eīz inq̄t auctor ī q̄b⁹ ciuitatib⁹ h̄ ꝓbauit in
dieb⁹ vite ſue: bis: vl' ter: vl' paꝝ pl⁹. Si eīz vider̄ q̄nq̧ vl'
ſeptē hoīes q̄lib; medicīa mobl'es: expimēto ſolo ñ potui
ſti certificari illa medicina hoīes oēs poſſe moueri. ñ g̊
hyp. dixit: Neċe ē: niſi ex rōe ⁊ reꝝ nālīū īueſtigatōe. 13

SI uero auſtrina hyems ⁊ pluui
oſa ⁊ trāqlla fiat: uer uero ſiccuz
⁊ boreale: ml'ieres ſiqdē quib⁹ part⁹ ad
uer ieſt: ex oī occaſiōe abortiūt. Si ue
ro genuerit morbidos pueros: ⁊ ibecil
les pariūt: ut aut ſtatim reſoluāt: aut
morbidi ⁊ tenues uiuāt exñtes. Alijs
uero iuniorib⁹ qdē dyſenterie ⁊ ophtal
mie ſicce fiunt: Seniorib⁹ uero catarri
celeriter diſſoluentes.

COmplexiōes hoꝝ tpū ī h̊ aphoriſmo oppoſitas
fecit in aphoriſmo ſuꝑiori: Uer ſil'e ſuꝑiori hye
mi: hyemē v̊o veri aſſil'at. Jam g̊ dixit in huiuſ-
mōi hyeme ꝙ iꝑe egritudines ñ ſint fortes. Hic g̊ dicim⁹
q̈re ſi hyēs ſit cal'a ⁊ hūida: ver v̊o frigidū ⁊ ſiccū: neċe ſit
hoīes egrotare ī vere: ⁊ ꝑituras ml'ieres ꝑua occaſiōe ab
ortire. corpa eīz eaꝝ in hyeme cal'a ⁊ hūida ſūt: hūida v̊o
⁊ tenera ⁊ rara ſūt: vñ cito frigitudo aer̄ ad īteriora pe-
netrabit. Pueri eīz lōgo tpe aſſueti calido aere: ꝑcutiūt̄
ſubita ⁊ magna ꝑcuſſiōe aere frigido penetrāte ad eos
vñ abortiūt femīe: q² aut pueri ī vētre cito obeūt: aut qñ
exeūt tūc obeūt. ꝙ ſi viuos generauerit: nō poſſūt tā ma
gnā īmutatōez caloris aer̄ aſſueti ī frigiditatē pati: cito
g̊ moriūt̄: aut ōbiles viuūt. Hoīes āt phlegmatici: ⁊ ma
xime mulieres ſic dixit ſiūt dyſenterici ex occaſiōe phle-
gmatis a capite dſcēdēt̄: qō neċe eſt ꝙ ſic augmētet̄: q̇a
qū capita in hyeme phlegmate īplerēt̄ ī initio veris īfri
gidāt̄. cerebrū v̊o qū īfrigidat̄: nec cibi ſui nutrimētū de-
coq̄t̄ in phlegma neċe ē mutet̄. Qō aūt ex frigiditate ni-
mia ⁊ hūiditate generat̄ acidū efficit̄: ⁊ ſi ex nimio calo
re ſalſū: de ꝑuo dulce vl' īſipidū. phlegma g̊ in hyeme ge
neratū in capite calidū: neceſſe ē ſalſū eē ex hyemis calo
re: vñ ⁊ dyſenterie ſiūt: q² qū diu phlegma illud in īteſti
nis moret̄: ſua ſalſedine īteſtina pūgūt ⁊ vulnerāt̄: oc-
caſio more ē viſcoſitas. In cal'is v̊o nāl'r ⁊ cholic'is ⁊ ſic
cis: ſicca ophtalmia erit: q̄ ſicca dr̄: qū nihil ab ocl'is mit
tit̄: qō iteꝝ neċe fuit euēire: q² qū caput in hyeme plenū
ſit hūore: vere frigido ⁊ ſicco exñte claudūt̄ pori: ⁊ cōſti-
pāt̄: ⁊ ſic hūores a capite exp̄mūt̄: ſic qū aqua ſpōgia ple
na māib⁹ cōp̄mat̄: dſcēdit aūt ad loca ſibi apꝑata hūidi
tas: vñ ⁊ ocl'os hñteſ debiles ophtalmiā erūt patiētes: q̄
nō currit ꝑꝑ frigiditatē aer̄: ⁊ ꝯſtipatōez ſuꝑficiei ī ocl'o
rū panicul': qō hypo. teſtat̄ palā in ꝑitonaerōkeidaton:
qū dr̄: Quib⁹ dñat̄ phlegma neċe eſt a capite dſcēdēte
phlegmate dyſenteriā patiāt̄: ⁊ maxie hoc ꝯtigit mulie
rib⁹: q̄b⁹ phlegma dñat̄ ꝑꝑ hūiditatē dſcēdētez a capite.
Cholerici āt ſicca ophtalmia venit ꝑꝑ cal'itatē carnis: ⁊
ſiccitatē ſui. Qō in fine dr̄ h⁹ aphoriſmi: Seniorib⁹ v̊o
catarri cito diſſoluētes: in ꝑitonaeronkeidaton ſubitu-
lit tal'r: Seniorib⁹ dcrepit̄ catarri vēiūt ꝑꝑ dbilitatē ve
naꝝ: ⁊ ꝯſtipatōez eaꝝ. vñ ⁊ celeriter ꝑeūt: vl' in dextro la
tere ꝑalyſim ſuſtinebūt. In h̄ loco hypo. ñ intellexit ca-
tarrū ſic ſolz ītelligi: ꝙ a capite in cānale pulmōis dſcen
dit: ſ; ītēdit eū q̇ euēit in venas q̄ ſub capite ſūt: vñ ⁊ h̄ ce
lerit̄ diſſoluētes bñ addidit: q² crit̄ hu⁹ catarri cito vēit:
qū oēs alij ſoleāt eē diuturni. Alij interp̄tes hui⁹ apho-
riſmi ītelligūt catarrū a capite dſcēdētē ad guttur: ⁊ ad
cānales pulmōis: ⁊ ideo iꝑi ñ adiūgūt ꝑticulā negatiuā
ſcribētes: Seniorib⁹ catarri ñ celeriter diſſoluētes. ꝯfir-
m āt quoq̧ oēm catarrū frigidū nō cito in his maturari
ꝑꝑ etatē eoꝝ. Sz qō nos diximus hypo. ꝯcordare in ꝑiton
aeronkeidaton: vbi Cito inquit pereūt. 14

SI uero eſtas ſicca ⁊ borealis fiat:
autūn⁹ uero pluuioſus ⁊ auſtrin⁹
capitis dolores in hyeme: tuſſes: bran
ci: ⁊ corize fiūt: q̄buſdā uero ⁊ ptiſis.

HIc cōplexiōes autūni ⁊ eſtat̄ tetigit: ſicut prius
hyemis ⁊ veriſ: qū hyemē ſiccā ⁊ borealē: ver v̊o
pluuioſū ⁊ auſtrinū dixit. Ibi āt acutas febres:
⁊ ophtalmias: ⁊ dyſenterias eſtate naſci dixit: h̄ āt capi-
tis dolores: ⁊ tuſſes: ⁊ brācos: ⁊ corizas: q̄buſdā v̊o ptiſiz
ꝯfirmat diri. Neq̧ ibi eſtatis: h̄ v̊o hyemis cōſtitutiōes
mōſtrauit. vñ videt̄ ītēdiſſe hyemē ⁊ eſtatē cū ſuis cōple
xiōib⁹: q̄ ſi a ſuis cōplexiōib⁹ mutarēt̄: alteros morbos
facerēt attinētes mutat̄ cōplexiōib⁹. hypo. v̊o alibi reci
tauit hyemē frigidā ⁊ ſiccā: ver v̊o hūidū ⁊ calidū: ⁊ hic
ecōuerſo hyemē calidā ⁊ hūidā: ver frigidū ⁊ ſiccū. Hec
āt in ꝑitonaeronkeidaton dixit: neq̧ tñ cōplexiōes hye-
mis noīauit: qū dixerit ſic: Si eſtaſ calida ⁊ hūida ſit: au
tūn⁹ ſil'r: ⁊ alia ml'ta dixit: ſed h̄ r̄ticuit: q̄ oīa explanabo:
qū iꝑz librū interp̄tās ero. Nō v̊o de h⁹ aphoriſmi q̄lita
tib⁹ diſputabo: ⁊ īcipiam⁹ ſic diximus hypo. intēdiſſe hye
mē ſuas q̄litates ſ'uātē: vt ſit frigida ⁊ hūida: frigiditas
v̊o h⁹ ⁊ hūiditas ſit ſ'm ꝙ oz in mediocrib⁹ loc̄ hitat̄: q̄
loca paulo poſt ego dicā. Si āt hyems poſt q̄litates p̄di
ctoꝝ tpū tal'ſit ñ oēs morbos generabit: ſ; dolores capi
tis: tuſſes: branci: catarri: qū caput īpleat̄ hūorib⁹ ſolent
naſci. Si āt in p̄dict̄ tꝑibus. i. eſtate ⁊ autūno: pluuia ⁊
auſtrini vēti ſūt in p̄ncipio eſtat̄: morbi incipiēt eē cali
di ⁊ humidi: ⁊ ſi nō tūc ꝓculdubio in autūno expectēt̄.
Quia eniz eſtas frigida fuit ⁊ ſicca: autūn⁹ pluuioſus ⁊
auſtrin⁹: neċe ē morbos ñ feſtinare: q² hūiditas autūni
ſiccitatē eſtatis mitigauit: ſ; tñ ſi eadē q̄litate hūiditatis
autūn⁹ tot⁹ ꝑſeuerauerit: nāl'r hūidis plēitudīes hūoꝝ ī
capite naſci neċe ē: q̇ ſunt cāe hoꝝ accñtiū: q̄ h̄ ab hypo.
dicta ſūt. Ptiſ āt ſit in q̄buſdā. ſ. in his q̇ apꝑati ſunt ad
ptiſiz. i. ſtricta hñtib⁹ pectora: ⁊ q̄b⁹ hūores a capitib⁹ aſ
ſueti ſūt deſcēdē in pulmōez. Fortiores aūt morbi nulli
his tꝑib⁹ ꝯtigūt homini: niſi tñ tuſſes: brāci: ⁊ corize: ca
tarri: ⁊ ſil'ia. Hyēs eīz īuēit capita plēa ꝑꝑ auſtrinas in
autūno pluuias: vñ ſi in capitib⁹ plēitudo illa īmoret̄:
dolores capit̄ generāt̄: qū in hyeme ō null' corꝑib⁹ hūo
res r̄ſoluāt̄. Quibuſdā āt ꝑꝑ frigiditatē hyemis a capite
expreſſi deſcēdūt ad mēbra capitis ſubteriora: vñ ⁊ ſimi
lia generantur. 15

**SI uero autūnꝰ boreal̃ fuerit: ⁊ ia quoſus: hūidis natura ⁊ mľierib9 ꝯfert: r̃liqs uero ophtalmie fiūt ſicce: ⁊ febres acute ⁊ corrize diuturne: quibuſ dam uero ⁊ melancholie.**

HIc ꝑ ſe nō ē aphoriſmꝰ: ſ3 ꝑs illiꝰ quē iā expoſui muſ: ⁊ ita vterq3 vnꝰ ē. Qū eī3 eſtatē in ꝑma ꝑte ⁊ ſcđa hꝰ aphoriſmi borealē ⁊ ſiccā: auſtrinū ⁊ pluuioſū eē autūnū dixerit: h aūt borealē ⁊ ſiccū eē dixe rit: nihil eni3 ſiccū ⁊ iaquoſū differt. Qū inq3 h tpa duo ſicca ſint ⁊ iaquoſa: neċe ñ ſolū ñ ledāt: ſ3 ēt adiuuēt hūi doſ nā: qđ ūde fiat hypo. ī ꝑitōaerōnoxiāton mōſtrauit Phlegmatici iq̃t h iuuamētū erit: qū corpa ꝯſiccēt: ⁊ vēi ente hyeme hūiditates nulle dn̄ant: alij preter phlegma ticos patiūt ſiccā ophtalmiā: acutas febreſ: corizā q̄dē ⁊ meľiaz. In quo libro noīauit cās haꝝ infirmitatū: qū di xit: Cholici h nociuu3 ē: qū corpa eoꝝ nimiū ꝯſiccet: vñ ſicce ophtalmie erit: ⁊ febres acute ⁊ ꝯtinue: q̄buſdā ⁊ me lācholie. đ qbꝰ ⁊ ſubdidit: ſubtil̃ inq̃t chol̃a: ⁊ q̄ſi aquoſa deſiccat̃ ⁊ ꝯſūit: qū groſſa ⁊ acuta ꝑmāeat. Itidē de ſan guie ītelligēdū ē. h ē āt cā hoꝝ morboꝝ: ſufficit h de q̄li tatibꝰ aer q̄s ſolas q̄re dixit: ⁊ alias r̃ticuit igr̃o qū alie ſint: ſ3 tñ ūde cōplexiōes diu3 aliaꝝ q̄litatū aer cog̃ſcere poſſis: volo h oñdere. .o3 eī3 ſigillatī cog̃ſcas cōplexiōes aer: ⁊ eas facias aliaꝝ mā3: vľ fūdamētū: q̄s deīde tribꝰ mōis diuidas: in fortiſſimas: mediocres: ⁊ debiliſſimas. Deīde īueſtiges q̄les morbi q̄buſlib3 generēt cōplexiōi bꝰ: ⁊ āni diuerſ tꝑibus: ⁊ ſil̃r in diuerſ corꝑibꝰ: poſt q̄s duoꝝ cōpoſitōes cōplexiōes tꝑū ſm q hypo. h fecit: qđ qū bñ imaginatꝰ fuer: ad triplicādas g̃ tꝑu3 cōplexiōes redi: et ꝯſidera q̄ iñ naſcūt morbi: deīde oīa cōpone āni tꝑa: ſm corꝑū cōplexiōes diuerſas: qđ qū fecer optīe ⁊ ꝑfecte exerceber. Ego forſan ſi ſpaciū nō đerit: iñ ſingl̃a res libros faciā. h vō ſufficiāt dicta: q cōplexiōes tꝑū an ni: q̄s ī h aphoriſmo tetigit hypo. pauciſſime ſint q̄tum ad has q̄s ñ ſcripſit: q̄s ſi dixeris eū poſuiſſe ad ſil̃itudīes nō poſitaꝝ vioreris q̄3 ſi ꝯfirmas eē ꝑtes r̃ticitaꝝ cōple xionū ſuꝑ ꝑitonaerōkeidaton: ⁊ ſuꝑ epidimia: multa tñ dixi ⁊ planiora. Qđ ſuꝑiꝰ ꝓmiſi de mediocritate locoꝝ ībabitatoꝝ h dicēdu3: q̄cūq3 de īmutatōibꝰ tꝑū hypo. h dixit ad loca tꝑata: ⁊ hītabilia ītēdit. Mari vō finitima ⁊ ꝓpinq̄ora: vtpote littoraꝝ pelaga: ſiċ in porachia: ⁊ ab ipo mari remota: ſiċ in nubia ⁊ egypto ſūt ꝑtermiſſa ab eo excedētia mediū. porachia eī3 loca frigida ſūt nimis: ⁊ hūida tꝑamētū excedētia: alia nimis calida ⁊ ſicca: q̄ lo ca ex neċitate poſui ſola: q2 in porachio ſūt frigidiora q̄ mari ſūt viciniora: vtpote a borea ſibi ꝓpiquo īfrigidata In eodē quoq3 porachio loca mari r̃motiora ſunt cali diora: vtpote a borea ſe elōgātia. In nubia ⁊ egypto ma ri vicina īfrigidāt a borea. ab eodē borea r̃mota ſūt cali diora. loca vō certe tꝑata ⁊ mediocria: a meridie ⁊ ſeptē trione: oriēte quoq3 ⁊ occidēte recta linea eq̃l̃r ſūt diſtā tia. hec loca hyp. intēdit qū Cōplexiōes aer ⁊ tꝑū dixe rit. De ꝯſtitutōibꝰ tꝑū āni: qđ hypo. in epidimia: ⁊ ſapiē tes oñdūt alij: Ab ortu pleiadū eſtatis eſt initiū: ⁊ mediū eſtatis eſt ortꝰ caniclaꝝ. ſemeth ortu autūnꝰ inījtiat̃. in occaſu pleiadis hyemis ē ꝑncipiū. in eq̄noctio poſt hye mē ver eſt incipiens. 16

**COnſtitutiōes uero anni oino qui dem ſicce pluuialibus ſunt ſanio res: ⁊ minus mortifere.**

Qualiꝰ q̄dē eēt: ſi h aphoriſmꝰ alios ꝑcederz: q2 nā lit ⁊ artificial̃r generalia ſꝑ ꝑcedūt ſpālia: h tñ ponēdꝰ erat: vt q̄dā ꝑcederēt ſpālia: q̄ ⁊ l3 ꝑceſſe rit: ñ tñ ē infamādus: q2 h poſuerit eū: qū ⁊ q̄dā ſeq̄nt̃: q̄ h poſuit vt ſuꝑiora īferioribꝰ ꝑ h q̄ſi generale cōtinuēt. Et dr̃ bñ Cōſtitutōes oio ſicce ⁊c. q2 qū ī ſiccis tꝑibꝰ hūi ditates ꝯſiccēt: ⁊ in pluuialibꝰ adunēt: ⁊ putredines au geāt: ſi ñ q̄buſlib3 diebus exercitijs corpa mūdificēt. bal neis eī3 ñ ꝯſumūt: niſi q̄ cuti vicināt. Interiora eī3 in ſo lidis mēbris exterioribꝰ balneis ñ emittūt: neq3 itē phar macia: vľ vomitu ſūt purgāda: q̄ ex magna neċitate ⁊ ra ro ſūt expetēda. Unaq̄q3 vō die ī corꝑibꝰ adunata me dia īter hec ſūt curāda. S3 ſiq̄s ſeml̃: vel bis in mēſe cu3 pharmaco vľ vomitu voluerit purgari: timēdū eſt ne in corꝑibꝰ hūores adunent̃ nimij: ⁊ nocētes in malos vſus corpa redigāt. Cibi āt duas hñt ſuꝑfluitates: vnā hūidā ⁊ aquoſā: q̄ ⁊ cibū ꝑforātē lubricat: alterā quoq3 fumo ſa3: qđ fit qū cibus nocumētū aliqđ hēat qđ nā aſſil̃are corꝑi ñ valeat. oībꝰ āt diebꝰ de his corpa mūdificēt: qū hec inq3 ita ſe hēant: neċe ē ſiccis āni cōplexiōibꝰ melius curēt q̄3 pluuialibꝰ. vñ ⁊ bñ dixit hypo. ꝯſtitutiōes anni ſiccas pluuialibꝰ eē ſaniores: ⁊ minꝰ mortiferas. 17

**EGritudines uero in pluuialibꝰ ut multū fiūt: ⁊ fe. lōge: ⁊ uētris flu xꝰ: ⁊ putredīes: ⁊ epilepſia ⁊ apoplexia ⁊ ſq̄nātes. ī ſiccis uero ꝯſūptōes: ptiſ: ophtalmie: artetice: ſtrāgurie ⁊ dyſētie**

LOnge febres ꝓculdubio ꝑꝑ nimias ſūt hūidita tes: vtpote lōgo tꝑe diſſoluētes: ⁊ quia hūores phlegmatici ī pluuialibꝰ ſunt frigidiores: ⁊ iđ fe bres lōgiores: ſiċ in tꝑibꝰ ſicc febres acute naſcūt: ⁊ bre uiſſime ex hūoribꝰ cholericis: vñ fluxꝰ vētris ī nimia plu uia fit palā eſt videri. abūdātes eī3 chimi quoq° mō ſunt purgādi. Qū āt putredīes ſint ī hūidis citiores: ī ſiccis vō r̃motiores ⁊ tardiores purgādi ſūt: vtpote epileptici: ap popletici. hi eī3 ſiñ dubio ſūt phlegmatici: ⁊ iđ hi morbi tꝑibꝰ abūdāt hūidis. Sq̄nātia aľi ex hūoribꝰ ī gutture ſe adunātibꝰ a capite deſcēdētibꝰ fit. In nimia eī3 plu uia hūores adunāt in corꝑibꝰ: ⁊ maxīe ꝯſcēdētes a capi te: ⁊ a mēbro in mēbrū currētes. In ſiccis inq̃t ſunt cōſū ptōes ophtalmie: artetice: ſtrāgurie: ⁊ dyſenterie. Si aūt auderē: eū pauca dicerē neglexiſſe: q2 ex q̄litate hꝰ aeris ptiſim naſci dixit: qū duobꝰ mōis fiat: aut ex magna fri giditate aer ūde q̄da3 vene crepāt in inſtr̃is ſpūs: aut ex ipiꝰ aer caliditate ⁊ hūiditate: vñ hūores adunati in ca pite ſūt deſcēdētes in pulmonē. S3 ſi aer ſit ſiccꝰ ad calo rē ⁊ frigiditatē nāl̃r ſe hñs oībꝰ morbis ꝑter ſolā ptiſim apparatꝰ ē generādis. Uñ ⁊ q̄dā ptiſi3 ītelligūt paſſionē quā oculi patiūt ⁊ ꝯſūptōe3: ac ſi dicer3: Morbi naſcen tes in ſiccis tꝑibꝰ ophtalmie ſūt ⁊ ptiſis. i. ophtalmie ille q̄ ad ꝯſūptōe3 ocloꝝ đuēiūt: qđ fit qū nutrimētū auferat̃ ocl̃is macilētis: ⁊ exſiccat plus q̄3 nā expetit: ⁊ h qū pu pillaꝝ āguſtiꝰ. ꝯtigit āt ex gelidis ⁊ vagātibꝰ hūoribꝰ de ſiccat. Si vō ophtalmie tal̃r ītelligāt: o3 ſicce ꝯſiderent̃ Nos aūt diximꝰ ūde ophtalmia ſicca naſcat̃: qū de ſicci tate aeris loq̄remur. Artetice q̄ ſūt ex hūoribꝰ ad mēbro rū concatenatiōe3 deſcēdētibus: impoſſibile eſt de ſicci tate aeris naſcantur: que aūt de acumine naſcuntur: ex nimio calore naſcūtur: alioq̄n vō artetice ñ ꝯficerētur. Oportet āt ꝯſiderare q̄re arteticas in ſiccis naſci dixerit. S3 qū aer nimiū ꝯſiccat̃: hūiditas ꝯcatenatiōis ꝯſumit̃: vñ duritiē motꝰ volūtarij mēbra illa patiūt̃: ⁊ nimiū de ſiccāt̃: ⁊ hoc cā ē doloris illiꝰ. Dolor tñ certꝰ artericꝰ nō

inde naſcit̃: ſꝫ tñ aliq̇ oẽꝫ dolorẽ queꝫ cõcatenatio patit̃
mẽbroꝝ arteticũ dolorẽ vocauer̃t: vñ poſſibile ẽ ſic ĩtelli
gi. Inueĩmꝰ ãt hypo. taliter dixiſſe in ſcũda ꝑticl̃a epidi
mie: Athẽis hoĩes legumĩa comedẽtes: ⁊ ũde pedes eoꝝ
debilitati ſunt. Comedẽtibꝰ ãt in fame orobũ dolor ſuc
ceſſit genuũ: nec tñ dolorẽ noĩauit arteticũ. Si ãt ſophi
ſte redarguãt nõ debẽ noĩari dolorẽ arteticũ: q̇ q̇libꝫ cõ
catenatõe mẽbroꝝ fit: ſed q̇ exiſtit in ml̃tis ⁊ diuerſ: põt
etiã ſic accipi. De ſtrãguria idẽ eſt ĩueſtigãdũ: quã ñ ne
ceſſe ẽ pati in ſiccitate aerꝭ: niſi tribꝰ de cauſ: aut ex vlti
mitate ſiccitatꝭ: aut ex calore: l̃ ex frigiditate: q̃ꝝ tñ nulla
h̃ nũerat̃. Sꝫ q̇ nãs aerꝭ in oĩ tpe ĩueſtigare voluẽit: in
telligat ſiccitatẽ aerꝭ: qũ in vltimitate ſit ſiccitatiſ: tũc eiꝫ
in corporibꝰ tpatis aliud facit: ⁊ aliud in ſiccis: aliud in
hũidis: aliud v̈o in frigidis: aliud v̈o in calidis. Sil̃r etiã
in cõpoſitis: aliud ẽ in calidis ⁊ hũidis: ⁊ aliud in aliis: q̃
ſi ſicut oꝫ ĩueſtigauẽiſ. i. cur ſtrãguriã dixẽit ſcire poteris
Strãguria g̊ aut ꝺ acumĩe vrine: aut ꝺ ꝺfectõe v̈tutꝭ ꝯtẽ
tiue naſcit̃ in veſica. Defectio aũt ꝯtẽtiue fit ex ſua ꝺfici
ente cõplexiõe. cõplexiõeſ ãt ſũt. viij. q̃ꝝ vnaq̃qꝫ ꝺficiẽte
⁊ v̈tꝰ ꝺficiet ꝯtẽtiua: vt deueĩat ĩ ſtrãguriã. Acuitas aũt
vrine ex cõplexiõis ẽ corruptõe: ⁊ maxie calide: vl̃ ſicce:
vl̃ calide ⁊ hũide: vl̃ ſoliꝰ hũide: de his oĩbꝰ ſtrãguria na
ſcit̃: vl̃ ex vulnẽibꝰ accĩtal̃r veſice vẽiẽtibꝰ ⁊ apatibus: ⁊
ex mala dieta ⁊ ſil̃ibus. Intẽtio tñ nr̃a de aeris q̃litatibꝰ
fuẽat. Quicq̇d ãt de ſtrãguria dixi: idẽ dico de dyſẽteria
neqꝫ tñ abſolute dyſenteriã in ſiccis dico tpibꝰ euẽire ſi
ne quodã tenore: In ꝑmis g̊ ſi ſiccitas aeris ſit in vltimi
tate: deĩde ſiccũ calore vl̃ frigiditate. Nõ eſt ãt hypo. in
his r̃darguẽdus: qũ ĩpe q̇ hãc artẽ tractauit ſit ꝑmꝰ: ars
quoqꝫ iſta fuit latiſſima ⁊ ꝓfũdiſſima. vñ nõ ẽ mirabile:
ſi res ſicut ſunt nõ oẽs certificauit: potiꝰ miror dioſilũ: ⁊
muſeũ alioſqꝫ pl̃es rectã viã: ⁊ certã hypo. cuꝫ expimẽtis
ſeq̇ volẽtes: qũ meliꝰ ⁊ magꝭ nec̃iũ eſſet aeris ĩueſtigare
q̃litates: vt ad certũ finẽ ĩde ꝺueĩãt: ſꝫ has dimittẽtes hi
pẽitꝰ nihil dixer̃t de ĩpis. Nos ãt ſi deꝰ ꝯps hoc opꝰ ex
plere ꝑmiſerit: opꝰ inde ſingl̃are ſumus facturi. 18

Quotidiane uero ꝯſtitutões boꝛe
ales qdeꝫ ⁊ corpa ꝯſtituũt fortio
ra ⁊ bñ mobilia ⁊ bñ colorata ⁊ meliuſ
audiẽtia faciũt: ⁊ uẽtres ſiccãt: ⁊ ocl̃os
mordẽt: ⁊ circa thoracẽ dolorẽ faciũt.
⁊ ſiqdeꝫ pri̾ eſt dolendũ magis dolet.
Auſtrine uero corpora diſſoluũt ⁊ hu
mectãt: ⁊ capitis ⁊ auditꝰ g̃uitates faci
unt: ⁊ uertigines ĩ oculis ⁊ in corpore:
difficilẽ motũ: ⁊ uentres humectãt.

Boreas qũ frigidꝰ ſit ⁊ ſiccꝰ: ſupfluitates corpis
nec̃e ẽ cũ eo ꝺficcẽt̃: ⁊ mẽbra ꝯfortẽt̃. aĩales ãt
actiões ⁊ nãles vigorãt̃: aĩalẽ aũt actiõeꝫ tetigit
qũ dixit: Bñ mobilia: ⁊ meliꝰ audiẽtia. Nãlẽ tetigit qũ
addẽt: Boĩ coloris. Utrũqꝫ intẽdit qũ corpa fortiora cõ
ſtituere ꝑmiſit. Qũ auditũ tetigit: q̃tuor ſẽſus r̃ticẽdo in
tellexit: In q̇bꝰ oĩbꝰ boreas adiuuare videt̃: maxie ſanis
⁊ aliq̃ꝫtulũ hũidis corpibus: al̃n tal̃ nocꝫ: verũtñ paꝝ qũ
cõpat̃ ad auſtrinũ. Uẽtres eiꝫ ſiccare: ⁊ ocl̃os mordere
circa thoracẽ dolẽ nulli videt̃ dubiuꝫ malũ eẽ. Sꝫ tñ qũ
auſter diſſoluẽ ⁊ hũectare corpa ꝯſiderat̃: aĩalibꝰ ⁊ nãli
bꝰ actõibꝰ magꝭ ẽ nociuꝰ. Itẽ grauitates capitꝭ ⁊ auditꝰ
nõ malũ ſũt leuiꝰ. Uertigo quoqꝫ ſine dubio mala ẽ: qũ
apoplexie ⁊ epilepſie ſit vicinꝰ. Itẽ motꝰ corpis: ⁊ ocl̃oꝝ
difficil̃ mala ſũt: qũ nõ ꝓſint. In nullo g̊ ꝓdeſt auſter:
niſi ꝙ tñ hũectãt vẽtres. Quicq̇d ãt facit ſola hũectatõe
⁊ calore agit. Bonuꝫ ãt eẽt ſi vẽtres hũectare ꝑmiſiſſꝫ: vt
tal̃r diceret: Auſtrine hũectãt corpa: ꝺinde ſubiũgerꝫ alia
⁊ darꝫ ĩtelligi: q̇cq̇d agit hũectatõe fieri ⁊ calore adiuua
ri. Ego ãt dico oẽs actões corpis cũ ſubſtãtialibꝰ eẽ mẽ
bris: q̇ ex nimia hũeccatõe ſolẽt grauari ⁊ corrũpi. 19

Secundũ horã qdeꝫ ueris ⁊ extre
me eſtatis pueri ⁊ coruꝫ affines
etatibꝰ: ⁊ bñ degũt ⁊ maxie ſãi ſt̃. Eſta
te ⁊ autũno uſꝫ ad aliõ qdẽ ſenes: Reli
quo uero autũno ⁊ hyeme medij etate

Si ĩueſtigauerꝭ qꝺ dic̃ ⁊ certifices: nõ ſolũ in eta
tibꝰ: ſꝫ in oĩbꝰ tpate ⁊ intpate cõplexiõis veꝝ eẽ
inueẽes. Oĩa eniꝫ tpa ãni ſi ſint tpata: adiuuãt ⁊
ꝯfortãt corpa: ⁊ nãs quoqꝫ: ⁊ regiões tpatas. nõ eiꝫ ſuas
q̃litates mutãt: ſꝫ potiꝰ cogũt vt cuſtodiãt̃: qũ oẽ cuſto
diẽduꝫ ꝑ ſibi ſil̃e ſit faciẽdũ: ⁊ ecõtra ſibi ꝯ̃riis mutãt̃ mu
tabilia. Pueri eiꝫ ⁊ eoꝝ affines vere in q̃litatibꝰ ſuis ſũt
ꝑfectiores: qũ etates he ſint meliores. Eadẽ quoqꝫ ratiõe
Non laudať egeſtio lũbꝛicorũ: niſi quʒ nã ip̃a expellit eos inferi⁹ cũ reliq̃s ſuꝑfluitatib⁹ que ſũt in corꝑe: nõ qñ egrediũť ꝑ cãm aliã ſm̃ viã accidẽtis: ⁊ ego quidẽ iã locut⁹ fui ſmonẽ longũ in reb⁹ que procedũt ſm̃ ſemitã criſis in libꝛo ꝑicriſeos. 19

In oi acuta egritudĩe uentreʒ nõ ut plenũ: ſʒ ut uacuũ tractari: ⁊ ñ tenuẽ ſʒ carnoſũ inueniri bonũ.

Et oportet ut ſit uenter in oi egritudine uacuus piguis.

Sermo q̃deʒ ei⁹: vacuus: ꝓpe extenſũ plenũ eſt: ſʒ piguis ꝓpe macꝝ extenuatũ: ſicut ſignificat dictio p̃ma res retẽtas in vẽtre: ⁊ dictio ſecũda ventrẽ ipſũ: ſicut ſi diceret: Quia oʒ in oi egritudĩe vt ſit venter vacu⁹: ⁊ ſit corp⁹ eiuſ pigue ⁊ nõ macrũ. 20

Aquoſũ uero ſtercus ⁊ liq̃duʒ ſiue albũ aut nimiſ citrinũ aut ſpumoſum malum eſt.

Egeſtio aũt aquoſa ſƀtilis ⁊ alba: ⁊ citrina uehemẽtiſ citrinitatis ⁊ ſpumoſa: illud totũ malum eſt.

Egeſtio q̃dẽ aquoſa ſignificat deſtructionẽ digeſtiõis. ſʒ alba ſignificat ſic̃ dixi añ ꝙ choľa citrina nõ deſcẽdit ab epate ad ꝑtes ſtõi: veꝝ egõ vehemẽtꝭ citrinitatꝭ ſignificat vnã duaꝝ reꝝ: aut egõnẽ cui cõmixta ẽ choľa citrina ⁊ mľta: aut egõneʒ cui cõmixta eſt cho. viridis: vt herugo erꝭ. qð eſt: qꝛ hͦ nomẽ qð dixit hippo. ſig̃t ſʒ linguã grecoꝝ hos duos colores ſiľ. egõ ãt ſpumoſa ſig̃t ꝑmixtionẽ vẽtoſitatꝭ vehemẽtꝭ iſlatiue humiditati: cui⁹ ſeꝑatio ab ea ẽ difficilis. ⁊ foꝛtaſſe ſig̃t caliditatẽ ſuꝑfluã. qð eſt: qꝛ nos ĩuenim⁹ ſpumã euenire exteri⁹ ſm̃ hũc modũ ĩ mari: ꝓpterea ꝙ vẽti ꝯcutiũt aquã ſʒ ĩ ꝓfũditatib⁹ pelagi ꝑꝑ ſuꝑfluitatẽ caliditatꝭ. 21

Item modicuꝫ ⁊ uiſcoſum ⁊ lene ſiue album ſeu citrinū aut ſpumoſum: malum.

Et ex egōe qdē mala ē pauca uiſcoſa lenis: ſiue ſit alba ſiue citrina.

Narrauit hippo. in hoc ſermone duas ſpēs ex ſpeciebꝰ egōnis q̄ ambe ꝓueniūt a liquefactiōe corporis. Et nō eſt differētia inter vtraſqꝫ: niſi quia pauca viſcoſa alba ꝓuenit a liquefactiōe adipis facta a caliditate ignea que nō eſt vehemētis malicie: ſꝫ egeſtio que trahit ad citrinitatē leniſ ꝓuenit ex liquefactōe adipis. verūtn̄ eiꝰ euētꝰ eſt aut qm̄ caliditas faciēs ipm̄ ē vehemētioris malicie: aut qm̄ adeps liquefactꝰ antiquꝰ eſt qui iam cōputruerit quadā putrefactōe. quod eſt: quia videmꝰ adipes zirbi qn̄ putreſiūt exteriꝰ: colorē mutant ita ꝙ vides vtrūqꝫ viſiōe manifeſta declinare ad citrinitatē. Egōnis aūt ad viriditatē declinis: ſi viriditas eis fuerit ꝓpter admixtōem cholere viridis: vt herugo eris cuꝫ ipa: qm̄ iam oñdimꝰ ꝙ hic etiā color intelligit̄ ex nomīe vehemētis citrinitatis: euētꝰ eſt a lequefactōe vehemēti. Et omne quidē qꝺ ꝓcedit ex corpe qꝺ vides lene: ē ꝓpt̄ vnā duarū ꝓꝑetatū: aut ꝓpterea ꝙ ipm̄ recipit digōnem ſm̄ equalitatē: ita ꝙ nō effugit nām ps aliqua ex ꝑtibꝰ eius quā ipa nō reſoluit: aut ꝓpter liquefactiōem vehementē: ita ꝙ nō fit etiā in hoc vna ex ꝑtibꝰ materiei cui nō adueniat cā. ꝓpter hāc ḡ cām ſicut meliꝰ eſt ī oī quo fit iuuamētū vt fit equale: ſimilr̄ ⁊ omne qꝺ eſt malū: ē vehemētioris malicie qn̄ eſt equale. qꝺ eſt: quia p̄mū ſuſcipit opatōem nāe cū totalitate ſua: ⁊ ſecundū ſuſcipit maliciā egritudinis cū ſua totalitate. In viſcoſa aūt res manifeſta eſt ⁊ expoſita: ꝙ euētꝰ eiꝰ eſt multotiēs qn̄ vehemētior ſit caliditas rei. ⁊ multiplicāt̄: ⁊ fortaſſe fiunt humores viſcoſi ꝓpter qualitates ciborū. verūtn̄ iſti humores qn̄ ꝓcedūt ex corpe nō ē eorū q̄titas pauca. Res aūt viſcoſa qn̄ ꝓcedit paulatī eſt cōtraria p̄me cōueniētis liquefactōi pauce. qꝺ eſt: qꝛ noſ inuenimꝰ multotiēs liquefactōem vehemētē faciētē fluxū ventris ſuperfluū. verūtn̄ illa cuiꝰ hec eſt diſpō: eſt ꝓculdubio fetida. Et differētia quidē inter humores crudos ⁊ hāc eſt in hoc capitulo tm̄: qꝺ eſt: qꝛ ex humoribꝰ crudis n̄ eſt fetor. 22

Peſſimū aūt eſt ⁊ mortiſ ſignum: uiſcoſum: nigrū: fetidū: ⁊ uiride.

Et ſignificatiua mortiſ magiſ hec eſt egeſtio nigra: ⁊ pinguis: ⁊ fetida: ⁊ uiridis.

Egeſtiōis quidē nigre nigredo fit ex cōmixtione cho. ni. pure. viridis aūt fit ex cōmixtōe cho. ni. q̄ nō eſt pura: ⁊ cuiꝰ q̄titas eſt pauca. Egeſtio vo pīguis procedit apud liquefactionē adipis a caliditate ignea. fetida aūt ſignificat putrefactiōem in corpe. 23

Nariū uero ꝓductōnem ſignificat egritudis: neqꝫ minꝰ ſignū ē mortis q̄ꝫ qꝺ loturā ītestinoꝝ profert: aut colorē porroꝝ ſiue nigrū. Cōtigit etiā colores iſtos ſimul euenire.

Egeſtio aūt diuerſoꝝ coloꝝ ſignificat de lōgitudie egritudis plꝰ q̄ꝫ indicēt ille ſpēs alie: ⁊ n̄ ē illꝺ qꝺ ſignificat de ꝑditōe minꝰ q̄ꝫ illꝺ qꝺ ſignificat ille. ⁊ ītelligo ꝑ id egōem in qua ē uiſcoſitaſ: ⁊ cuiꝰ color trahit ad colorē porri ⁊ que eſt nigra. ⁊ fortaſſe egrediunt̄ iſti colores oēs ſimul: ⁊ fortaſſe egreditur unuſquiſqꝫ eorū ꝑ ſe.

Egeſtio diuerſorū colorū ſignificat ꝙ in corpore ſunt egritudines diuerſe multe: que indigent ſpacio longo donec digōem ſuſcipiāt. quod eſt: quia quādo ſunt multe: poſſibile eſt vt ſit quarūdam earum ſpaciū longum. ꝙ ſi non fuerint in eis egridines lōge: tūc natura proculdubio quando neceſſe eſt ei vt reſiſtat inimicis multis indiget etiā vt acquirat tempꝰ lōgū in expugnādo eos. 24

Uentoſitas ſine ſono laudabilior eſt: q̄ uero cū ſonitu, melior q̄ꝫ illa q̄ intꝰ claudit̄: ſignificat tn̄ amentē aut dolorē laborātē: niſi ſit uoluntarie.

Uentoſitatis autē exitus laudabilis eſt cum qua nō eſt uox: ⁊ exitus eius quādoqꝫ cuꝫ uoce eſt melior: q̄ꝫ eius cōſtrictioubi eſt. ⁊ quādo egreditur cum uoce: tunc nō ſignificat: niſi ꝙ emittens eam aut eſt cū dolore: aut cū permixtione rationis niſi fuerit exitus uentoſitatis ab ipſo cum uolūtate

Ex hominibꝰ eſt: ex quo egredit̄ ventoſitas cum ſono preter ꝙ verecūdetur: ⁊ ex eis eſt qui preeligit mortē ſuper hāc actiōem. ſ. quando egreditur ex iſtis ventoſitas cum voce ⁊ ſono. ⁊ multi quidem hominū ſunt qui vtūtur illo. oportet ergo vt ponatur illud ex eis ſm̄ vnam duarū diſpoſitionū: aut vt nō intelligant quod faciūt: aut vehemētia doloris cogat eos ad illud abſqꝫ volūtate iporū. preter iſtos aūt ex illis qui nō inſpiciūt ad illud: non oportet vt eſtimet̄ exitus ventoſitatis ab eis cū voce ſignificare rem malā. verūtamē melius eſt ne ſit exitꝰ eius cū voce. quod ē: quia ventoſitas que egredit̄ cū voce ex ipis ſignificat ꝓculdubio: aut multitudinē ventoſitatis groſſe vaporoſe: aut ſtricturā inteſtinorū in quibꝰ penetrat. Quꝫ ergo nō fuerit vētoſitas multa: ⁊ inſtrumēta a quibꝰ egredit̄ ampla: tūc exitꝰ ventoſitatis eſt abſqꝫ voce. 25

Dolor ſub hypocōdrijs hanc ꝓꝑietatem habet ſi recēs ⁊ ſine calore fuerit: ſi rugitꝰ ſupuenerit ⁊ cū egōne: uel urina eruperit ſoluit̄: aliogn ad inferiora trāſmittit̄.

Apoſtemata aūt q̄ fiūt in eis q̄ ſunt ſub hydocondrijs: ⁊ q̄ occultant̄ ex eis qn̄ ſunt ꝓping tpis: ⁊ nō eſt in eis inflāmatio: rugitꝰ accidēs ī illo lo

co ſoluit: ⁊ ꝓprie ſi egrediat cũ egõne ⁊ urina. q̄ ſi nõ egrediat: tunc ꝓpter mutatiões eoꝝ fit. Et qñqȝ fit iuuamẽtũ iteꝝ ꝑ deſcenſionẽ eoꝝ ad iteriora.

Hippocrates ſignificauit in hoc loco per apoſtemata que fiũt in eis locis qui ſunt ſub hypocõdrijs: ⁊ que occultant in eis apoſtemata que nominauit artecul.i.vndimiã.i.molliciẽ: ⁊ oĩa apoſtemata iſta ſunt groſſitudo extra naturã: ⁊ quãdo nõ ẽ cum eis caliditas ſunt ventoſa: ⁊ ꝓprie ſi fuerit propĩqui tẽporis. Hippo.iam itaqȝ dixit: q̄ iſta apoſtemata reſoluũt quãdo accidit in vẽtre rugit⁹. Verũtamẽ vox iſta nõ ſignificat in vẽtre ventoſitatẽ tm̃: ſed q̄ illa vẽtoſitas eſt ꝓmixta humiditati. Cum ergo egredit hec vẽtoſitas inferi⁹: aut ſi nõ egredit ſed deſcẽdit ad ꝑtes inferiores: ſedãt ex ventre duo accidẽtia que accidũt in eo.ſ.dolor ⁊ groſſitudo: ⁊ ꝓpe ſi euacuat vẽtoſitas cũ vrina ⁊ egõne: qm̃ quãdo accidit hmõi euacuatio nõ remanet in vẽtre aliqd ex ſuꝑfluitatib⁹. 26

Urina laudabilis eſt que hypoſtaſim albã ſubſidentẽ ⁊ equalẽ ⁊ cõtinuaȝ atqȝ lenẽ habebit: ⁊ ſi ꝑmanenſ uſqȝ in criſim erit. Eſt eni fidelis nũcia ſalutis: ⁊ ſignificat breuitatẽ egritudinis. q̄ ſi modo cũ hypoſtaſi ꝑdicta: modo ſine fuerit: diuturnitateȝ ſignificat egritudinis: neqȝ oĩo fidelis eſt.

Et laudabilior quidẽ urina ẽ in q̄ ẽ ſuperfluitas reſidẽs alba: lenis: equalis in tempe egritudinis toti⁹ uſqȝ quo ueniat in ea criſis: illa eni ſignificat breuitatẽ egritudinis. q̄ ſi alteretur ita ut quãdoqȝ migat urinã purã: ⁊ qñqȝ reſideat in ea ſuꝑfluitas alba lenis: erit egritudo longior: ⁊ eſt ſecuritas in ea minus.

Sicut ante dixi q̄ ſignificatio vehemẽtie v̄tutis ꝑncipij ꝑmi: quod oñdi in libro alio eſſe cerebrũ ⁊ debilitas ei⁹ eſt ex opibus volũtarijs: ſimiliter etiã inuenim⁹ hippo. aſſumpſiſſe ſignificatiões vehemẽtie virtutis alteri⁹ ⁊ debilitatis eius ex oꝑatõib⁹ illi⁹ virtutis. Et iam quidẽ narrauit quaſdã harũ ſignificatõnũ in eis que premiſſa ſunt: ⁊ narrauit quaſdã harũ ſignificationũ in hoc ſermone: cui⁹ premiſim⁹ rememoratõem ⁊ nomiauit hanc virtutẽ in qua nũc eſt ſermo ei⁹ virtutem mutatiuã. Significatiões vero que ſignificãt fortitudinẽ hui⁹ virtutis ⁊ ipi⁹ debilitatẽ in ſtomacho: ſumũtur ex reb⁹ que egerũt omni die. Sed ſignificatiões ſignificãtes vehementiã virtutis ⁊ debilitatẽ ipſi⁹ in epate et venis ſumũtur ex vrina. quod ẽ: quia declarant ex vrina ſignificatões manifeſte: quarũ quedã ſignificãt digõem certã: ⁊ quedã eorũ digõem diminutã: ⁊ quedã digõem corruptã: ⁊ quedã deſtructõem digõnis. Et ſimilit etiaȝ ex eo declarat quod proceſſit ex vẽtre. Et ſicut iaȝ oñſuȝ eſt quia in egeſtiõe ſunt ſigna ſignificãtia egritudines ꝑter egritudines ventris: ſimilr etiã apparẽt ĩ vrinis ſigna ſignificãtia infirmitates alias preter infirmitates epatis ⁊ venarũ. Primũ aũt a quo incipit hippo. ſignificare in ſermone ſuo ⁊ quod intẽdit ſunt ſigna ſignificãtia digeſtiõem: deinde addidit ad illud reliqua ſigna. ⁊ propter hoc oportet vt loq̄mur in ꝑmis de ſignis que narrauit ĩ ꝑmis in hoc ſermone: cui⁹ premiſim⁹ rememoratõem. ꝑcepit enĩ vt conſiderem⁹ in ſedimine quod in vrina reſidet: an ſit albũ: lene: equale: an mutet: ita vt ſit ĩ q̄buſdã horis ſm̃ q̄ ipe dixit: ⁊ in quibuſdã earũ ecõtrario illius vel ediuerſo illius: ⁊ frequẽter accidit in eo illud ita vt migat infirm⁹. Verbi gratia: Si infirm⁹ mĩgat in die ſecũdo vrinã nõ illaudabilẽ: qumqȝ fuerit in nocte que ẽ poſt ipam mĩgat vrinã illaudabilẽ: deinde mingat ⁊ in mane diei tertij vrinã laudabilẽ: qumqȝ in ſero illi⁹ diei fuerit mĩgat vrinã illaudabilẽ. Et illud quod ſignificat ex hmõi vrina eſt: q̄ quidã humores qui ſunt in venis receperũt digõem ⁊ vĩcit eos natura: ⁊ quidã eorũ nõ receperũt digeſtiõeȝ. q̄ ſi nõ mĩgat infirm⁹ vrinã indigeſtã in eo q̄ eſt inter vrinas digeſtas: tũc vrina eius ẽ melior vrinarũ. Nam ſi fuerit in ea ſedimẽ: tũc oportet ꝓculdubio vt ſit albũ lene equale: ⁊ ſit hec diſpoſitio ei in toto ſpacio egritudinis vſqȝ quo cõſumat. Et ſi fuerit in ea ſedimẽ: tũc oportet ꝓculdubio vt ſit in ea nebula alba: et oportet neceſſario vt ſit color equalis in vrina in citrinitate: ⁊ ſubſtãtia ei⁹ inter ſubtilitatẽ aquoſam: ⁊ groſſam ſicut vrina aſini. Verũtamẽ vrinã in qua nõ eſt ſedimẽ mĩgit ille cui⁹ regimẽ eſt equale in vltimo ſubtilitatis. ſȝ vrinã in qua eſt ſedimẽ multũ mĩgit ille cui⁹ regimen eſt regimẽ groſſum. vrinã vero in qua eſt ſedimẽ paucũ mĩgit ille cui⁹ regimẽ eſt regimẽ equale. Et ſimiliter etiã color vrine. nã ipe in egritudinib⁹ que accidũt a cholera ẽ decliuis ad citrinitatẽ. Sed in egritudinib⁹ que ſunt ab humorib⁹ crudis eſt decliuis ad albedinẽ. Et ſimiliter ſedimẽ ipm in egritudinib⁹ factis ab humorib⁹ crudis eſt multũ: ſed in egritudinib⁹ que ſunt a cholera: nõ eſt omnino aut paucũ valde. verũtamẽ ſufficit vt ſit in vrina ĩ egritudinib⁹ iſtis nebula pendẽs. Et ſignifico ꝑ ſermonẽ meũ: nebulã: rem groſſam albã que eſt in vrina: nõ in ſuperiori ꝑte vaſis: neqȝ inferiori ꝑte eius: ſed in loco qui ẽ inter hec duo: aut medi⁹ vere aut decliuis ad ſuperiora: aut ad inferiora. ⁊ de cõſuetudine q̄dẽ mea ẽ vt nominẽ illud hoc nomĩe. Hippo. aũt nomĩauit ipm nubẽ que ẽ in vrina: ſicut nubes in aere. quod eſt: quia nubes vł nebula que eſt in vrina eſt groſſior ea: ſicut nubes que eſt in aere eſt groſſior aere. Et multotiẽs quidẽ dixi q̄ illud qδ pẽdet in vrina eſt ſimile huic: ⁊ eſt illud qδ de cõſuetudine mea nomino: nebulã pendẽtẽ. Hoc eſt ergo qδ oportet te diſcere in ꝑmis ⁊ memorie cõmẽdare. In eis vero que ſunt poſt: oportet vt ponas mentẽ tuã in his q̄ dixit hippo. qδ eſt: quia vrina in qua reſidet ſemꝑ aliq̄d ſimile ſedimini qδ narrauit hippo. ſignificat fiduciam ⁊ ſecuritatẽ.ſ. quia in infirmitate nõ eſt timor: ⁊ q̄ de aptitudine eius eſt ꝓculdubio vt reſoluat ſolutiõe eius poſt quã nõ redeat ⁊ feſtinet etiã ſolutio eius. ⁊ ad ſummũ ſi morat vrina ſm̃ hãc diſpõem in die ꝑmo: ⁊ in nocte q̄ ẽ p⁹ ipm nõ ꝑtrãſibit egritudo ꝑiodũ ꝑmũ ex ꝑiodis dieꝝ criſis: ⁊ fiet eius perfecta criſis. Et iam oñſum eſt oñſiõe bona q̄ ſermo hippo. iſte nõ eſt niſi in febrib⁹: quoniaȝ ſignificatões vrine nõ ſunt ſuꝑ egritudines que accidũt in cerebro ⁊ nucha: aut in pulmone ⁊ pectore preter qδ cũ eis fit febris: an ſint ſalue cũ q̄b⁹ ñ ſit malicia velocis criſis: an in eis ſit timor ⁊ ſpaciũ longũ erit ꝑ ſignificationes alias. Cauſam aũt ꝓpter quã ſit meli⁹ ſedimen reſidens in vrina albũ: iam oñdi in ſermone meo In ſanie: ĩ fine tractat⁹ ꝑmi. 27

**VRina rubea nimis cuꝫ ſua ſilẽ hypoſtaſi: egritudinẽ magiſ ſupiori bus diuturnã dicit: ẽ tñ nuncia certa ⁊ fidelis ſperãde ſalutis.**

**QVod ſi urina trãſierit ad rubedi nem nimiaꝫ: ⁊ ſuperfluitas in ea reſidẽs fuerit cũ illo albi coloris: lenis erit egritudo lõgioris ſpacij q̃ꝫ prima: ſed erit ſalua ualde.**

COlor vrine decliuis ad rubedinẽ quando currit aquoſitas ſanguĩs cuꝫ ea ſignificat illud multitudinẽ ſanguis qui nõ eſt recte digeſtiõis: ⁊ ꝓpter hoc quũ vicens in corpore ẽ qui magis iuuatiuus eſt ex humorib⁹ fit ꝙ in egritudine ꝓpter illã cauſam nõ eſt timor. Et quãdo vrina decliuis ad rubedinẽ ẽ aquoſa: ſignificat ꝙ indiget digeſtiõe: ⁊ qñ digeſtio indiget ſpacio tempis donec compleat̃ iterũ neceſſariũ eſt vt ſignificet hec vrina ꝙ cõſumptio egritudinis tardat̃ pl⁹ q̃ꝫ egritudĩs p̃me in q̃ reſidet in vrina ſedimẽ albũ. 28

**SEd ſi eiuſdẽ hypoſtaſis furfurea fuerit: mala eſt: peſſima uero ſi ſquamoſa. Alba aũt ⁊ liquida ⁊ lenis: mala: peior tñ q̃ dicta eſt furfurea.**

**ET qñ ſupfluitas reſidẽs in urina ẽ ſimiliſ groſſis ꝑtib⁹ ſimule ordei tũc ipa ẽ mala: ⁊ deterior ẽ ea q̃ ẽ ſilr̃is petalis: ⁊ q̃ ẽ ſubtil' alba ẽ mala ualde: ⁊ deterior ẽ ea q̃ ẽ ſimilis furfuri.**

GRoſſa ſimule ſunt fruſta magna que remanẽt in ſimula ordei, quãdo quaſſat̃ ⁊ cribellat̃: ⁊ ſũt illa cui⁹ molitio refugit molã. Qum ergo videris in vrina ſedimẽ ſimule iſtis fruſtis: tũc ſcias ꝙ illud ẽ ſignificatio mala. qđ ẽ: quia groſſum in ſimula ẽ qđ ex ea nõ eſt molitũ molitõe decẽti. Illud aũt quod videt̃ ĩ vrina nõ eſt poſſibile, vt ſint partes cibi que penetrauerũt cũ nutrimẽto ad venas: ⁊ ꝑmanſerũt dure aut ſicce. Verũ illud eſt: aut ex aduſtiõe ⁊ ebulitõe ſanguĩs groſſi ⁊ ei⁹ decoctõe: aut ex liquefactõe carnis liquefactione diuerſa. Et diuerſitas quidẽ liquefactõis eius eſt: qñ reſoluũtur partes molles ei⁹ humide a caliditate ignea: et fiũt partes que areſcũt dure: ⁊ exſiccãtur ſicut qđ torreſit ſuper frixoriũ. i. ſartaginẽ. quod eſt: q̇a p̃mũ quod liq̃fit, in hmõi febrib⁹ eſt adeps recẽs nouus: deĩde liquefit poſt illũ qui eſt durior p̃mo ⁊ antiquior: deĩde poſt illuꝫ caro recens mollis: deinde poſt illã caro dura antiqua: deinde poſt illã membra ipa: ⁊ quãdo liquefiũt mẽbra: vides in vrina partes inequales ſimiles petalis: ⁊ ꝓpter illud vrina hec in qua reſidet ſimile petalis valde deterior eſt q̃ꝫ vrina in qua oñdũtur ſimilia groſſis ſimule tm̃. Et nos quidẽ inuenim⁹ iterũ ſpẽm aliã ſediminis ſubtilis ſicut ſpuma in qua nõ eſt groſſicies albi coloris. Et cauſa albedĩs coloris ei⁹ eſt ꝑmixtio aeris accidẽs ei cuꝫ totalitate ſua pl⁹ q̃ꝫ ſit cõmixtio ei⁹ ei qđ ẽ groſſum. Euẽtus aũt hui⁹ ſedimĩs fit ex vẽtoſitate groſſa que ꝑmiſcet ex ſuperfluitatib⁹ humorũ: quorũ digeſtio nõ rectificat̃ ꝑmixtiõe qua difficile ſit ſepare eam ex eis: ⁊ ꝓpter hoc ſedimẽ eſt diſpoſitio quã de cõſuetudine hippo. ẽ nominare equalitatẽ. Et euẽtus illius eſt: qñ ſedimẽ totũ eſt equaliũ partiuꝫ: quoniã qđ eſt permixtũ corpori alicui ꝑtes ei⁹ vident̃ diuerſe in ſubã ſua ⁊ ſuo colore. ⁊ ſedimẽ diuerſum cui⁹ partes ſunt diuerſe parue eſt deteri⁹ eo cuius partes ſunt magne. quod eſt: quia ſedimẽ diuerſum cui⁹ partes ſunt magne eſt ſignificatio ei⁹ ſuper virtuteꝫ nature ſm magnitudinẽ illi⁹ ſubſtãtie cõpoſite ex illis partib⁹ ⁊ rectificatõe ⁊ certificatõe digõis eius. Partes aũt parue ſignificãt ꝙ materia iam vicit nãm ⁊ ſupauit eam: ⁊ ꝙ pugna inter vtraſqꝫ eſt quaſi equalis: ergo h̃ res cõmunicat cũ omni ſedimine equali. Supfluitates aũt ꝑticulares que ſunt in eo ꝓueniunt a bonitate materie i recipiẽtis digeſtiõem: ⁊ malicia eius qđ ex ea nõ eſt digeſtũ. Et hippo. quidẽ dixit cũ iſtis trib⁹ ſpẽbus ex ſpẽbus ſediminis: ſpẽm' aliã quartã ſimilẽ furfuri: ⁊ h̃ ſpẽs eſt deterior ſpecie tertia. quod eſt: quia ſpecies prima et ſpecies ſecũda ſignificat ꝙ caliditas febriſ eſt inflãmans ⁊ liq̃faciẽs: ⁊ oportẽt ne ordinaret̃ q̃ra ſꝫ tertia. 29

**NEbula pẽdenſ in urina ſi alba bona eſt: nigra uero mala.**

**NEbula pendẽs in urina qñ eſt alba: eſt laudadilis: ⁊ qñ eſt nigra: illaudabilis eſt.**

POſtq̃ꝫ compleuit hippo. ſermonẽ ſuũ in ſpeciebus ſediminis reſidẽtis in vrina: rediȷ̃t ad ſermonem ſuũ in nebula pendẽte in ea. Significat ergo per ſermonẽ ſuũ: pendẽs: quia vult per ipm̃ cortices pẽdẽtes in ea. Et manifeſtũ eſt: ꝙ cauſa in malicia nigredinis ex hoc eſt: qñ nigredo accidit: aut ꝓpter frigus vehemens: ſicut ſanguis qui denigrat̃ quãdo coagulatur: ⁊ fit pendens. ⁊ ſicut mẽbra que infrigidant̃ in vltimo a frigore: ⁊ cõuertit̃ eorũ diſpoſitio ad mortẽ: aut ꝓpter ſuperfluitatẽ caliditatis. nam ſanguis quãdo adurit̃ denigrat̃: ⁊ ſilr̃ reliqua corpa: ⁊ illorũ etiã q̃ incedũt tpe lõgo in ſolo eſtiuo denigrat̃ color. 30

**QVm fuerit urina citrina clara: in digeſtã egritudineꝫ ſignificat.**

**ET dum urina permanꝫ citrina: ſb tilis ſbe: ſignificat ꝙ egritudo ad huc eſt indigeſta.**

COlor vrine naturalis eſt equalis citrinitatis. qđ eſt: quia euent⁹ eius eſt a potibus qui bibuntur poſtq̃ꝫ eis commiſcet̃ de cholera quãtitas pauca. qum ergo cõmixtio cholere cũ potib⁹ eſt pl⁹ q̃ꝫ oporteat: ſi fuerit qualitas eius fortis videbis colorem vrine igneũ. Qumqꝫ vrine huiuſmodi ſubſtãtia fuerit tenuis: ſignificat ꝙ egritudo nõ digerit̃. quod eſt: quia oportet ſicut dixi ꝙ vrina naturalis ſit in colore ſuo temperata in citrinitate: ⁊ ĩ ſubſtãtia ſua eq̃lis: ita vt nõ ſit ſubtilis ſicut aqua: neqꝫ groſſa ſicut vrina aſini ⁊ beſtie. Et ego q̇dem iaꝫ narraui totũ quod neceſſe fuit narrare de natura vrine ⁊ ſpecieb⁹ eius in libro meo de criſi: ⁊ ꝓpter hoc oportet ei qui vere deſiderat ſcientiã ꝓnoſticatiõis vt tẽdat ad intelligendũ illud ex libro meo de criſi: qñ intentio in expoſitiõibus non eſt niſi explanare que occultãtur ex ſermone: ⁊ exponere ipſum. Diſcernere autem inter illud quod dicitur: ſm rectitudinẽ: ⁊ inter illõ quod non eſt ita: ⁊ narrare demonſtratiõem ſuper vtrũqꝫ ſimul ex ſuperfluitate eſt. 31

**TImẽd⁹ ergo ẽ infirmi defect⁹.**

Quod ſi cum illo ſpacio ē longitu
do: tūc non fit ſecuritas ut rema
neat infirmꝰ uſqȝquo digeratᷣ egritudo

Si moratᷣ vrina ſpacio lōgo preter ꝙ digeratᷣ vel
matureᷣ: tūc ſup infirmū inde valde ē timor: niſi virtꝰ egritudini reſiſtēs valde ſit fortis: ⁊ manifeſtū eſt: qꝛ neceſſariū eſt ī cognitiōe illiꝰ: ſi memor es illius qꝺ dictū ē in libro aphoriſmorū: cōſiderare vehementiā virtutis ⁊ cognitōem ſpacij ſuper quod ē de natura egritudinis morari vſqȝquo recipiat digeſtionem. Cum igiᷣ ſciueris illud cōſiderabis an ſit poſſibile egrū morari vſqȝ ad horā ſtatꝰ ſue egritudīs an nō. 32

Urina mortiſ ſignificatiua fidelis
⁊ certa ē aquoſa: aut fetens: aut
nigra: aut lutoſa.

Et de urinis magis ſignificantibꝰ
morté eſt que ex eis eſt aquoſa: ⁊
que eſt fetida: ⁊ que eſt nigra ⁊ que eſt
groſſa.

Urina aquoſa eſt: cuiꝰ ſubā eſt tenuiſ ⁊ color eiꝰ albus: ⁊ ſignificat cruditatē humorū in fine vltimo: ⁊ debilitatē virtutis faciētis digeſtiōem. In rebus aūt fetidis ⁊ rebꝰ nigris iam fui locutꝰ in eis q̄ ſunt pmiſſa. ⁊ iſte quidē ſiue ſint ſingulares ſiue cū alijs ſignificāt mortē. Ex eo aūt de quo inquirere oportet eſt de vrina groſſa: an ſignificet mortē ſola ſingularis: an indiget in ſignificādo illud vt cōponaᷣ cū vrina quā narrauit ante eam. ſ. nigra. Et ego quidē iam narrāſ ſum ꝙ vidi inde apud determinatōem conſideratōis in ea: ⁊ pſcrutatiōem in cauſa illius: vt quādo legeris illud poſſibile ſit tibi vt cognoſcas veritatē ⁊ virtutē ī ea: ⁊ eligas meliorē expoſitōem huiꝰ ſermonis. Dico ergo ꝙ ego inueni per experimētū ꝙ vrina nigra q̄nto plus groſſior ē: eius malicia eſt fortior. Urine aūt cuius color nō eſt naturalis ſed eſt groſſa: euentꝰ eius cōuertiᷣ ad vnā duarū rerū. ⁊ eſt: quia finis eius cōuertiᷣ fortaſſe ad mortem: ⁊ fortaſſe ad ſanitatē que veniet in primo: ſicut inueniᷣ ī rebus alijs multis ex rebus que ſunt extra naturā: quum mūdificanᷣ per eas corpa. Et manifeſtū eſt ꝙ nomiauit hippo. vrinā groſſam: que eſt groſſa valde. Quod eſt: q̄a vrina que diciᷣ quia eſt groſſior ſermone abſoluto: non ſignificat pditōem ſignificatiōe vltima. 33

In utroqȝ ſexu nigra peſſima ē:
in pueris uero aquoſa: malū.

Et deterior urina ī uiris ⁊ mulieri
bus ē nigra: ⁊ in pueriſ ē aquoſa.

Urina nigra ⁊ aquoſa ſignificat in omnibꝰ etatibus perditōem. Uerūtamē ſignificatio vrine nigre ſuper illud in etate ſtantiū in iuuētute: ē in gradu primo: ⁊ ſignificatio aquoſe ſuper illud in etate puerorū eſt in gradu pmo. Quod eſt: quia ego iam dixi in his que premiſſa ſunt: ꝙ res que ſunt in vltimo cōtrarietatis rebus naturalibꝰ ſunt in vltimo ſignificātes pditiōem. Sed cōtrarietas vrine nigre ad vrinā naturalē in pueris nō eſt ſicut cōtrarietas vrine aquoſe in eis. Qꝺ ē quia de natura puerorū eſt vt mingāt vrinā groſſam in qua ſit ſedimē multū. Stantiū aūt in iuuētute vrina eſt tenuis: ⁊ ſedimē quod in ea eſt eſt paucū: ⁊ propter hoc fit ꝙ vrina nigra in eis ſignificat perditiōis finē: ſed in pueris vrina aquoſa ſignificat finē perditōis ꝓpter cauſam aliam. Quod eſt: quia omnes res recipiūt digeſtōez velociter in eis ꝓpter vehementiā virtutis immutatiue q̄ ē ī eis. ⁊ de nā q̄dē digōis ē vt ingꝰſſet nō vrinā tm̄: ſed egōez etiā ī eis q̄ recipiūt digeſtionē in ſtō: ⁊ ſputū in eo qui habet pleureſim aut periplemoniā: ⁊ humiditatē deſcendentē ex naſo in corizam: ⁊ lippitudinē ophtalmie: ⁊ ſaniem in vlceribꝰ: ⁊ ꝓpter hoc pueri quādo mingunt vrinā aquoſam: ⁊ ꝓlongaᷣ ſpaciū illiꝰ cū eis preter quod muteᷣ ad groſſitudinē aliqua mutatiōe: ſignificat illud perditōem. 34

Urina cruda clara ⁊ diuturna cuȝ
alijs ſignis bonis: certuȝ ē apoſte
ma futurū ſub diaphragmate.

Qui mingit urinā crudam tenueȝ
ſpacio longo: ſi reliquę ſignificati
ones indicant ꝙ ipſe ſaluabitur: tunc
oportet tibi ut expectes eius exituraȝ:
que exibit ei in locis que ſunt inferiora
diaphragmate.

Quā rectū fuit qꝺ narrauit hippo. in hoc ſmone. qꝺ eſt: quia egritudines quas digōem ſuſcipere eſt difficile: ⁊ ſunt ille quarū generatio eſt ab humoribꝰ groſſis frigidis: de aptitudine criſiſ ē vt eueniat eis cū exitura que accidit in corpe. Egritudinū autē quarū generatio eſt ab humoribꝰ calidis ſubtilibꝰ criſis eſt cū ſolutiōe ventris. Uel aliter: Quum ergo moraᷣ vrina tempe longo preter ꝙ digeraᷣ: tūc oportet vt cōſideres virtutē infirmi ⁊ cōtempleris ſi fuerit impoſſibile ei morari nimis ꝓpter longitudinē egritudinis: tolerādo longitudinē egritudinis ipſiꝰ: aut criſiſ eius erit cū exitura que veniet ei. Uerū diſcretio illius ē ex reliquis ſignificatōibus. quod eſt: quia ſi reliquę ſignificatōes ſignificauerint perditōem: tūc illud ſignificatio erit mortis. et ſi non ſignificauerit rem malā: tūc illud erit ſignificatio euaſiōis. Exiture aūt fiūt in egritudinibꝰ chronicis ī ptibus inferioribꝰ corporis: ⁊ cauſa in illo eſt frigꝰ materiei ⁊ groſſitudo eius: ⁊ debilitas virtutis accidēs ex labore ⁊ inquietudine que venit ei ex longitudine egritudinis. In egritudinibꝰ aūt acutis exiture veniūt ad latꝰ nariū. quod eſt: quia humores in egritudinibꝰ hiſ ſunt minoris groſſiciei: ⁊ caliditas eſt plus ⁊ virtus eſt ſanior. In egritudinibus autē medijs inter iſtas euētus exiturarū quibus fit criſis: declinat ad vnū duorū laterū: ⁊ nō eſt poſſibile vt dicatur in eis ſm tempus ꝙ ip̄e accidūt ſuperius ⁊ inferius: ſed diſcretio illius erit ex reliquis ſignificationibus. 35

Craſſicies ut aranee tela ſuperna
tans in urina uitupanda eſt: ſigni
ficat eni liquari egrū.

Et oportet ut uitupes craſſitudi
nē que natat ſup urinā ſicut tela
aranee: qm̄ ſignificatio hec ſignificat li
quefactiōem.

Euentus craſſiciei ſup vrina quā migit ille cuiꝰ diſſoluiᷣ corpꝰ: ⁊ ē illa in qua hippo. ſuū poſuit ſermonē ſupiꝰ: ē ſilis euētui ſuo ſupiꝰ qm̄ infrigidaᷣ. ⁊ hippo. quidē iā cām ī gnātōe illiꝰ narrauit. 36

R[r]Atiõis eſt: ⁊ ordinẽ in nebula nõ negligere: utꝝ ſupremũ an medium teneat locuz: ſimiliter ⁊ colorem. Que eteni media eſt cuz p̄dicto colori laudabili laudabilis: ſuprema uero ⁊ nigra uituperabilis.

E[e]T oportet ut cõſideres de urinis illam in q̄ eſt nebula: an illa nebula ſit in inferiori parte: an i ſuꝑiori ꝑte eiꝰ: ⁊ cũ qbꝰ coloribꝰ eſt. nã q̄ eaꝝ deſcẽdit inferiꝰ cũ coloribuſ quos dixi: putabis de ea q̄ eſt bona ⁊ laudabis eam: ⁊ q̄ earũ aſcẽdit ſuperiꝰ cũ coloribꝰ quos dixi: puta de ea q̄ ẽ mala ⁊ uituꝑeſ cã.

S[ſ]Ignificauit hippo. in hoc ſermone ſignificatione manifeſta: q̄ nomiauit nebulã rem groſſam ꝓpẽdẽtẽ in vrina: quã noiaui i libro meo de criſi: nomie deriuato ex nomie caliginis: nebulã: ⁊ iam dixi illud etiã in loco alio. Sigt̃ g̊ ꝑ hoc q̄ dicit: vnã duarũ ꝓpetatũ: aut q̄ hoc nomẽ ſigt̃ nomẽ generis in nebulã diuiſi ⁊ caliginẽ: aut q̄ nebula nõ nomiaẗ aliqua horarũ caligo. Qd̃ aũt fiat iuuamẽtũ per omne qd̃ in vrina pẽdet ſm̃ deſcẽſiõem eius ad inferiora: iam innui ad illud in eis que premiſſa ſunt in locis: in quibꝰ dixi: quia multotiẽs cõmiſceẗ ei vẽtoſitas groſſa vaporoſa. Res g̊ cuiꝰ digeſtio iã rectificata ⁊ certificata eſt: ⁊ diſcreta: ⁊ equata: ⁊ cuiꝰ ꝑtes ſimilanẗ eſt: in qua nõ eſt vẽtoſitas: quare deſcẽdit ad inferiora vaſis in quo eſt vrina. Illud aũt cui ꝑmiſceẗ aer ⁊ vapores: qñ ad ſuꝑiora eleuatur: erit eius eleuatio ⁊ ipſiꝰ declinatio in multitudine ⁊ paucitate ꝑ ꝯꝑatiõem eiꝰ qd̃ facit illud. 37

C[c]Auendũ eſt: ne ueſice uicio capiaris: ut qd̃ ab ea ẽ alienũ dijudices

E[e]T caue tibi ne te faciat errare ueſica: ita ut ſit in ea egritudo: ⁊ uideas i urina aliqd inde: illa eiꝫ ſignificatio non erit tunc ſuꝑ corpꝰ totũ: ſꝫ erit ſuꝑ ueſicã ſm̃ ipſam ſolam.

H[h]Ippocrates bene egit in exceptõe ſua quã fecit modo in ſermone ſuo: vt nos rememorari faceret illud qd̃ dimittimꝰ diſcernere multotiẽs in egritudine. Et oportet quidẽ vt rememoremur huiꝰ exceptõis apud inquiſitõem nr̃ãm etiam de eo qd̃ ꝓcedit ex vẽtre. qd̃ eſt: quia cõicat iſtis duabꝰ euacuatiõibꝰ ſimul: q̄ ipe euacuãt ſuꝑfluitates totiꝰ corporis: ⁊ ſuꝑfluitates mẽbrorũ ex quibꝰ euacuãt: ⁊ accidit quãdo corꝑis diſpõ eſt diſpõ naturalis vt euacuet ſuperfluitatẽ ſuã ꝑ vrinã ⁊ euacuet ſuꝑfluitatẽ ventris per egeſtiõem. Qum ergo diſpõ eius ſit diſpõ preter nãm: euacuaẗ cũ vrina aliquid ex renibus vel veſica: qd̃ ſignificat: quia i eis ẽ egritudo ⁊ euacuaẗ aliquid cũ egeſtione ex toto corꝑe: qd̃ ſignificat egritudinẽ que eſt in ipſo. Inde eſt eni q̄ tu inuenis multos hominũ mĩgere ſaniẽ. qum ergo illud eſt ita: neceſſe eſt tibi inquirere de loco ex quo egrediẗ illa ſanies. Similiter etiã quãdo egrediũtur cũ vrina res ſimiles petalis: nam etiã de illo inq̄ſitio eſt: ſicut eſt qñ cum vrina egrediẗ ſanies: ⁊ multotiẽs quidẽ mĩgit homo vrinã fetidam: cui ꝑmixta cholera multa: ⁊ eſt illud ex renibꝰ et veſica: ⁊ multotiẽs illud erit ex toto corpore ꝓpter virtutem digerentẽ humores in toto corꝑe. Huiꝰ vero virtutis minera ⁊ ipſiꝰ manatio: ſicut oſtẽdi eſt ab epate. ⁊ fortaſſe nõ erit in h̃ mẽbro egritudo: ſꝫ totũ corpꝰ mundificaẗ ꝑ vrinã: veſicã: ⁊ renes: ⁊ aliq̄d ex mẽbris eiꝰ: ita q̄ effundũẗ ſuꝑfluitates q̄ ſunt i eo ad venas. Qum g̊ diſcernũt renes ſanguinẽ qui ẽ in eis: egrediunẗ ſuꝑfluitates ille cũ aquoſitate ſanguis: ſic accidit etiã qñ in locis multis corporis ſũt exiture: ⁊ euacuaẗ ſanies q̄ egrediẗ ex eis qñ rumpunẗ cum vrina. 38

L[l]Audabilis ẽ uomitꝰ cui phlegma admixtũ coloribus fuerit neqꝫ nimis uiſcoſus: quanto uero a ſimplicitate remotior tanto ſuſpectior.

U[u]Omitꝰ magis iuuatiuꝰ cum quo ẽ phlegma ꝑmixtũ coloribꝰ ualde: ⁊ nõ eſt qd̃ uomiẗ ex eo ſpiſſum ualde: qñ uomitꝰ quãto plus eſt ꝓpinqor ad hoc ut ſit purꝰ eſt deterior.

S[ſ]Ignificauit ꝑ ſmonẽ ſuum iſtũ: rem quã noiauit purã: ꝑ hoc q̄ poſuit ꝓpe ipſaz rem ꝑmixtũ. ⁊ ſignificat iteꝝ hoc nomẽ puꝝ q̄ intẽtio q̄ ex eo ſignificaẗ nõ eſt minꝰ illo. qd̃ eſt: qꝛ nos dicimꝰ in vino q̄ eſt puꝝ: aut qñ nõ ꝑmiſceẗ ei aq̄: aut qñ ꝑmixtio aque cũ eo eſt ꝑmixtio ꝑua valde: ⁊ vnũquodq; reliquorũ corpoꝝ dr̃ q̄ eſt puꝝ qñ nõ ꝑmiſceẗ ei ſubã alia. multotiẽs eni vides cholerã expelli vomitu: ⁊ ꝓcedit inferiꝰ ⁊ eſt groſſa rubea clara: ⁊ eſt illa quã q̄daz hoiuz nominãt ſileм vitellis ouoꝝ. ⁊ fortaſſe vides eã plus humidã ⁊ minꝰ rubeã: ⁊ eſt illa q̄ nomiaẗ ꝓprie cholera citrina. ⁊ fortaſſe vides ꝑmixtũ ei phlegma ſubtile aut hũiditatez aquoſã. Hippocrati g̊ videẗ ne aliq̄s hũoꝝ ſit purꝰ ſꝫ oẽs hũores ſint ꝑmixti ſil̃. qd̃ eſt: qꝛ hũor purꝰ qui ẽ ex genere cho. ſignificat victoriã vehemẽtis caliditatꝭ. phlegma vo puꝝ ſignificat frigiditatẽ: ⁊ vnuſq̄ſq; hoꝝ duoꝝ hũoꝝ ẽt qñ eſt purꝰ ſimplex: vides eũ groſſiorẽ. qd̃ eſt: quia phlegma ꝑꝑ frigiditatẽ eſt q̄ſi ꝯgelatũ: ſed illud qd̃ eſt ex genere cho. ꝑꝑ victoriã ⁊ dñiũ caliditatꝭ vides quaſi ſit aduſtũ: ⁊ finiaẗ hũiditas eiꝰ: qñ iſti duo modi ſũt cãe reꝝ que inſroſſanẗ. ſ. caliditas ſuꝑflua ⁊ frigiditas: qñ caliditas finit hũiditatẽ ⁊ deſiccat eã: ⁊ friditas ꝯgelat eaz. 39

U[u]Omitꝰ ſi ſit ſicut ſuccuſ porri: aut uiridis: aut plumbeus: aut niger malus eſt.

Q[q]Uod ſi illd̃ qd̃ expelliẗ uomitu ẽ i colore porri: aut uiride: aut fuſcũ aut nigrũ: tũc oꝫ ut puteẗ de oi qd̃ ẽ ex iſtis coloribꝰ: qa eſt malũ.

I[i]N colore q̄dez fuſco ⁊ nigro iaz locutꝰ fui i eis que p̄miſſa ſũt. Colorẽ aũt porralẽ dixit hippo. in h̃ ſuo ſmone: ſꝫ huic colori nõ eſt nomẽ ꝓpriũ qd̃ ſit ei. ⁊ non deriuaẗ hoc nomẽ ei niſi ex porro. at vo vides q̄ porrũ nõ noiaẗ ex hoc colore: niſi q̄ iſte color noieẗ ex porro. qd̃ eſt: qꝛ deriuatio q̄buſdã nomibꝰ eſt manifeſta: ita q̄ poſſibile ẽ tibi vt itelligas dr̃iaz que eſt int̃ poſitionẽ eoꝝ poſitiõe ꝑma: ⁊ iter deriuatũ ex eo

ſicut eſt diſpoſitio in colore lacteo. Et quãdoqꝫ fit diffi
cilis in quibuſdã nominibꝰ cognitio nomis poſiti poſi-
tiõe pma ⁊ nois deriuati ex eo. q̃ eſt: qꝛ poſſibile ẽ tibi
vt dicas ꝙ color dactilicꝰ nõ noiat̃ ex dactilo: ſꝫ dactilꝰ
noiat̃ ex colore dactilico. Silr̃ ⁊ color niuis. naꝫ tu nõ
potes ſcire: an ex niue denoiet̃: an nix ex h̃ colore: ⁊ ma
gis etiã cuiꝰ color ẽ rubeꝰ clarꝰ: nõ ſcitur: an ex ea noiet̃
color rubeꝰ clarꝰ hoc noie: aut ipſa ex eo. Has ego res in
h̃ libro dixi vice vna. Oportꝫ aũt vt ſit ſolicitudo tua de
eẽ nominũ ꝑ id q̃ fit iuuamentũ. inde ẽ ꝙ fit ĩ ſignifica-
tõe manifeſta ſuꝑ intentionẽ quã ſignificat: ſollicitudo
aũt de eo q̃ eſt plꝰ hoc ẽ ex ſuꝑfluitate. Et ꝓpter h̃ oꝫ ti
bi ne finias vitã tuã in ipſo. vez meliꝰ eſt vt ↄuertas curã
tuã ⁊ vitã tuã in ſtudio de eo quo fit iuuamẽtuꝫ: naꝫ ſic̃
generat̃ in corꝑe qñ eſt ſm̃ diſpõneꝫ nãlem cholera ru.
clara: ſic etiã generat̃ in eo qñ eſt diſpõ eiꝰ extra nãm ge
nꝰ aliud cholere: cuiꝰ color eſt color porri. ⁊ multotiẽs q̃
dẽ generat̃ h̃ cholera in ſtõ ꝓpter cibos de genere olez:
qñ nõ recipiũt digõneꝫ: ſicut ſicla: cepe: ⁊ porri. ⁊ fortaſſe
generat̃ ĩ venis h̃ cholra abſqꝫ iſtis cibis ꝓpt̃ aliquã egri
tudinũ: ⁊ effundit̃ aut ad ſtõm: aut ad inteſtina: ⁊ ſigni-
ficat illud caliditatẽ in corꝑe egredientẽ a nã: ⁊ ſuꝑſlui-
tatẽ cui appropriat̃ in ſua cõplone: ſicut illud q̃ appro
priat̃ huõri q̃ generat̃ ab oleribꝰ q̃ narrauimꝰ. 40

SI oibus his infectꝰ fuerit: eſt nũ
cius mortis: ⁊ infirmꝰ morti eſt
contiguus.

QUod ſi uomat homo unꝰ omnes
iſtos colores: tunc illud erit mor
tale ualde.

SI voluit ꝑ ſermonẽ ſuũ oẽs iſtos colores quoz
ꝓceſſit rememoratio. ſ. colorẽ porri: ⁊ colorẽ fu-
ſcũ: ⁊ colorẽ nigrũ: ⁊ ſi voluit ꝑ iſtũ colorẽ aliũ
p̃ter hos egrediẽtes a nã: tũc illud ſignũ erit ſignificatio
ſuꝑ ꝑditionẽ ſm̃ duas itentões ſil: qm̃ ſignificat ꝙ ĩ cor
pore ſũt multe egritudines parue. 41

ET qñ illud q̃ uomitu expellitur
eſt uiride ⁊ fetidũ: tunc ſignificat
illud mortem ſubitã ualde.

ISte vomitꝰ ſignificat ſm̃ ꝙ dic̃ hippo. ꝑꝑ ſigni-
ficationẽ ſuã ſuꝑ putredinẽ ⁊ ſuꝑ mortẽ: ſi fue-
rit memor eiꝰ q̃ ꝓceſſit ex ſmone nr̃o. 42

OMnis odor malus in quocũꝫ uo
mitu fuerit: maluꝫ eſt.

ET oẽs odores fetidi putridi ſunt
mali ĩ oi q̃ uomitu expellit̃.

CAuſa ĩ illo ẽ: qꝛ ois egritudo in q̃ accĩt putredo
addit̃ malicia eiꝰ ſm̃ ꝙ diximꝰ añ illõ. 43

SPutũ in oi egritudine pulmonis
ſeu coſte eſt utile: ſi ſit uelox: ſi fa
cile ſine labore.

SPutũ uero oportet in oibꝰ egritu
dinibꝰ deſcendẽtibꝰ ad pulmoneꝫ
⁊ coſtas: ut eductio eiꝰ ſit uelox ⁊ facil̃.

SErmo q̃deꝫ eiꝰ Si ſit velox: ſignificat ꝑncipiũ e-
gritudis. ſꝫ ſmo eiꝰ facilis ẽ: ſic̃ ſi dicẽt: Et euẽtꝰ
illiꝰ eſt quando eductio eius eſt velox: ne ſit nocumẽtuꝫ
cũ eo. q̃ eſt: qꝛ ex velocitate ꝓductõis ſputi ĩtelligit̃ vna
duaz ꝓprietatũ. pma ſignificat initiũ egritudĩs: ⁊ ſecũda
ſpaciũ tꝑis actiõis: qm̃ facilitas ꝓductiõis ſputi ẽ qñ ag
gregant̃ iſte due res ſil: Quaz vna eſt vt nõ ſit in pectore
dolor vehemẽs: naꝫ illud qñ eſt ꝓhibet pectꝰ ab oꝑatiõe
ſua: etiã qñ incipit cõpleri. Et ſecũda eſt vt virtꝰ eiꝰ nõ ſit
debilis: nam qñ virtꝰ eſt debilis mollificat̃ anteqꝫ cõple-
at actionẽ: q̃re ꝓhibet̃ a ſputo. Et neceſſariũ etiã eſt ĩ illo
vt ſit q̃ ſpuit̃ facile: nam qñ eſt viſcoſũ: inuiſcat̃ in mẽ-
bris ĩuiſcatiõe vehemẽti cuiꝰ eradicatio ab eis fit difficil̃
⁊ qñ illud ẽ: ꝓhibet̃ ꝓductio eius. i. ſputi ꝑꝑ adherentiã
ſuã in pulmonis meatibꝰ. ⁊ ſilr̃ etiã ſi eſt vehemẽtꝫ groſſi
ciei: fit difficil̃ ꝓductio eiꝰ: ⁊ eſt nec̃e infirmo vt laboret
ĩ productõe eius: ⁊ adheret etiã in quibuſdã meatibꝰ ſtri
ctis ex meatibꝰ pulmonis: ⁊ ꝓpter hãc cãm accidit ml̃to
tiens apud illud ſ̃focatio: ⁊ ſputi etiã vehemẽtis ſubti-
litatis aquoſi fit difficilis ꝓductio: qm̃ currit in circuitu
aeris egrediẽtis in anhelitu: ⁊ euadit ex eo. Et hec cauſa
p̃ma a qua fit ꝓductio ſputi: ⁊ ẽ cauſa que noiat̃ ꝓpinq̃
q̃ eſt: quia cauſa p̃ma dicit̃ ſm̃ duos modos: ſicut oſtẽ
di in libro meo de cauſis: quorũ vnꝰ eſt ille qui eſt a nã:
ſecũdꝰ eſt ille ex quo eſt inceptio motus: ⁊ ĩceptio motꝰ
fit in tuſſi ex v̾tute mouẽte pectꝰ. ⁊ iam oñdi illud etiaꝫ ĩ
libro meo de cauſis accidẽtiũ: qm̃ cõſtrictio pectoris qñ
eſt breuis: fit difficilis exitꝰ aeris cum fortitudine ⁊ vehe
mẽtia: ⁊ hec virtꝰ extrahit q̃ eſt retẽtũ in meatibus pul
monis: ⁊ in venis diuiſis in eis. Et ꝓpter illud operatio
pectoris qñ eſt oꝑatio fortis: ⁊ nõ eſt q̃ ꝓhibeat ipſuꝫ:
⁊ humiditas retẽta in canna pulmonis eſt equalis ĩ g̃ſſi
tudine: tũc ꝓductio eius. ſ. ſputi ẽ facilis. ⁊ qñ nõ ẽ aliq̃
horũ duorũ: fit grauis productio ſputi ⁊ praua. ⁊ ſi vna
duarũ rez fuerit inuẽta: ⁊ altera ꝑuata: erit ꝓductio me
dia inter deteriorẽ ⁊ meliorẽ. ⁊ ad ſummũ ſm̃ paucitatẽ
⁊ multitudinẽ in vnaquaqꝫ harũ duarũ rerũ: ⁊ debilita-
tem earũ inuenimꝰ quoſdã hoĩes ꝓducẽtes ſputũ facile:
⁊ quibuſdã eorũ fit difficile ꝓducere ipm̃. Iã ergo videt̃
mihi: ꝙ oñſum eſt tibi oñſione manifeſta ⁊ certificata ẽ
apud te intẽtio hippo. in ſermone ſuo: vt ſit ꝓductio ſpu
ti facilis. ⁊ qñ certificatũ ẽ illud: tũc certificatũ ẽ ꝙ ſmo
eiꝰ Velox: nõ ſignificat ſpaciũ tꝑis tuſſis: ſꝫ horã primã
ex horis egritudinis: ⁊ ẽ illa in qua dixit hippo. in libro
aphoriſmorũ: Quãdo in pleureticis apparet ſputũ inci-
piens in ꝑncipio egritudinis: eorũ egritudo eſt breuis.
Verũtñ ſi intellexeris ex ſermone ſuo Velox: quia intẽ-
dit ſpaciũ tempis actõis: ⁊ eſt illud de quo oſtẽdi: quia
ingredit̃ in ſermonẽ ſuũ facilis: erit error tuus duobꝰ mo
dis: quorũ vnus eſt eſtimatio tua de hippo. qꝛ dixit hoc
tempꝰ bis: ⁊ ſecũdus dimiſſio eius qua dimiſit illud q̃
dixit in libro aphoriſmorũ: ⁊ virtꝰ eius eſt magna valde.
Et iam oſtẽſum eſt tibi etiã: quia non propter has duas
res tm̃ oportet vt intelligas ſermonẽ eius: ſuꝑ illud q̃
dicit̃ de expoſitione noſtra ad illud quod dicemus poſt
hũc ſermonẽ. 44

SI ſit rubeũ: ⁊ ſano ſputo admixtũ
ET uidetur in eo rubedo ualde per
mixta ſaliue.

MEliꝰ eſt vt intelligat̃ ꝙ ſermo eiꝰ valde ſit ſuꝑ mi
xtionẽ: nõ ſuꝑ rubedinẽ: ſicut ſi diceret: Et opor
tet vt videat̃ in eo rubedo ꝑmixta ſaliue valde: ⁊
hec dictio. ſ. valde: ſignificat vehemẽtiã apud eũ ⁊ ml̃ti-
tudinẽ. Iam. n. dixit etiã ante: ⁊ magꝫ iuuatiuꝰ võitꝰ ẽ in
qꝰ phlegma ꝑmixtũ eſt hñt. valde: ⁊ dixit in h̃ ſermone

ꝛ videt̃ in eo rubedo valde ꝑmixta ſaliue: ꝛ tu quidē po
teris ſcire ꝙ nos iam inuenimꝰ in eo qđ iam expoſuimꝰ
in hoc ſermone: qum intellexeris ſmonē q̇ ſeq̇t̃ eū. 45

**S**I uero tardū i doloriſ ꝑncipio ꝛ
rubeū: aut citrinū: neqꝫ ſano ſpu
to admixtū: ꝛ cum laborioſa tuſſi: ma
lum nunciat.

**N**Am ſi tardat̃ a principio doloris
tardatōe multa: deide ē ſputū eiꝰ
ſubrubeū: aut citrinū: aut ē tuſſis mlt̃a
ꝛ nō ē ꝑmixtū ſaliue: ualde eſt malum.

**I**Am ꝑmiſi in eis que ꝑmiſſa ſunt vt oſtēdā certi
tudinē ſermonis eiꝰ velox: ꝛ intētiōem ſmonis
eius valde. Dico ergo ꝙ qum redijt in ſermone
ſuo iſto ad narrādū res cōtrarias eis q̄ ab ipo ſūt ꝑmiſſe
ſic̃ de cōſuetudīe eiꝰ ē: poſuit ſmonē ſuū velox ꝓpe ſmo
nē ſuū. nā ſi tardat̃ a ꝑncipio doloris tardatōe multa: ꝛ
corā ſermone ſuo valde ꝑmixtū ſermonē ſuū: ꝛ nō ē ꝑmi
xtū ſaliue valde: ꝛ corā ſmone ſuo: ꝛ oportet vt ſit ſputū
eiꝰ facile ſermonē ſuū: aut cū tuſſi multa. Qđ eſt: q̇a ſpu-
tum qđ ſpuit̃ abſqꝫ dolore cū facilitate: ꝛ velocitate ſua
nō indiget ex tuſſi: niſi q̄ntitate leui. Uerūtñ qꝛ oportet
vt miſceant̃ res que euacuant̃ ex corpe adinuicē: ꝛ non
euacuet̃ ex eis aliq̇d purum ſimplex: ſicut iam dixi in eis
que ꝑmiſſa ſunt: ꝛ dixi iterū in libro meo de criſi: ꝛ in ex-
poſitōe mea qua expoſui librū aphoriſmorū: Quia oꝫ vt
ſit ꝓductio ſputi in plenitudīe l̃ i pleuretico velox. 46

**E**T rubeū omnino moleſtū: ꝛ albū
uiſcoſum globoſum: inutile ē.

**P**Reterea ꝛ rubeū quādo ē purū:
ſignificat timorem: ꝛ albuꝫ uiſco
ſum globoſuꝫ inutile.

**N**On addit nobis hippo. in ſermone hoc aliquid
ſupra illud qđ dixit in eis que ꝑmiſſa ſunt. Qđ
eſt: qꝛ dū nō ꝑmiſcet̃ ei aliq̇d: eſt ꝓculdubio pu
rum. ꝛ rubedo quidē accidit in eo ꝓpter cholerā citrinā
albedo aūt ꝛ viſcoſitas ꝛ globoſitas accidit a phlegma-
te aduſto. Et ego quidē iam oñdi in alio loco: ꝙ māe q̄
effundūt̃ ad mēbra faciūt accidere in eis apoſtemata ca
lida: ꝛ apoſtemata dura: ꝛ apoſtemata mollia: ꝛ apoſte
mata lapidea: ꝛ cācros: ꝛ qñ ſunt māe male: ſunt apoſte
mata accidētia ab eis malicioſa: ꝛ ſi miorat̃ malicia apo
ſtematū erit ſm humores generātes ea. Qđ ē: quia māe
ſanguinee ꝛ phlegmatice ſunt minoris malicie ꝛ māe q̄
ſunt ex cho. citrine genere: ꝛ que ſunt ex genē cho. nigre
oēs iſte ſunt male: qm̄ iſti duo humores ſunt ſimul cor
rodētes mēbra: ꝛ eſt actio q̇ cōicat eis: ꝛ approꝑat̃ cuili
bet eorū: ꝙ cho. citrina facit venire fe. acutas: ꝛ chole. ni
gra ſit difficilis reſolutiōis. erit ergo egritudo difficilis:
qm̄ iſte humor ꝓpter groſſitudinē ſuā ꝛ ꝓpiquitatē ſuā
nāe terre inuiſcat̃ in mēbris ſuſcipiētibꝰ eū: ꝛ opilat ea: ꝛ
ſit difficilis ꝓpter illā cām eradicatio eiꝰ ex eis. 47

**U**Iride ſpumoſum: malum.

**E**T quod ex eo etiā ē uiride ſpumo
ſum: eſt malum.

**M**Ultotiēs iā dixi: ꝙ de ꝯſuetudine hippo. eſt vt
ſignificet ꝑ ſermonē ſuū viridē: aut colorē citri
nū: aut colorē quē quidā hoim noiant zinariuꝫ
.i. heruginoſuꝫ. Et ego quidē nō indigeo ſmone in hoc
ꝙ iſti duo colores qñ ſunt in fine puritatis vltimo: tūc
ſunt mali: qm̄ iam locutꝰ fui i eis que ꝑmiſſa ſunt i oibꝰ
humoribꝰ puris. Qđ eſt: qꝛ humores oēs iſti qñ ſunt pu
ri excepto ſanguine: ſignificāt egritudinē malā: qm̄ euē
tus illiꝰ eſt a caliditate inflāmata. Qđ ē: qꝛ chole. citrina
quādo eſt pura ſignificat ꝙ humiditas eius aquoſa: cu-
ius cauſa videns eam viridem: iam aduſta eſt ꝛ finita.
Zinaria āt ꝓuenit ex aduſtiōe hūoris ꝛ decoctōe ꝛ deni
gratōe eiꝰ: nigra aūt ꝓuenit ex aduſtiōe huiꝰ humoris: ꝛ ē
illa q̄ ſit cho. ni. i fine malicie ꝛ corroſiōis: aut ex ſāguie
groſſo: qm̄ exiccat̃ ſm illā ſimilitudinē: ꝛ fortaſſe deni-
grat̃ ſanguis ꝑꝑ mortē ſuā ꝛ dñiuꝫ frigoris ſup ipm̄. ꝛ oꝫ
vt huiꝰ ſmonis ſis memor: ꝛ nō velis a me vt narreꝫ tibi
res eaſdē multotiēs. Sputū vō ſpumoſū ꝛ eſt illđ qđ di
xit i fine hꝰ ſmonis: cuiꝰ premiſimꝰ rememorationē: ꝛ ꝓ-
uenit a ꝑmixtiōe aeris cuꝫ hūiditate phlegmatica. qđ ē: qꝛ
gnātio ſpume i oibꝰ rebꝰ nō ſit niſi ſm hāc ſilitudinē. ge
nerat̃ q̇dē in mari tūc quꝫ ventꝰ incidit aquā i ꝑtes mul-
tas ꝑuas: ꝛ retinet̃ in eo qđ eſt int̃ illas ꝑtes: ſꝫ generata
in eo qđ decoq̇t̃ apud ſupfluitatē caliditatis: ꝛ cōicat iſti
duabꝰ ſil̃: qꝛ generant̃ ab vtriſqꝫ ampulle mlt̃e ꝑue: ꝛ ſit
difficil̃ reſol̃o harꝫ ampullarꝫ: ꝛ ꝓpe qñ aggregāt̃ iſte due
res ſil̃. ꝛ ſūt vt ſit aer iſte retentꝰ in eis turbidꝰ vaporoſus
ꝛ hūiditas in q̄ retentꝰ eſt ille aer groſſa ꝛ viſcoſa: qm̄ in
hūiditate tenui ſicut aq̄ clara pura: cui nō admiſcet̃ res
alia qñ aer clarꝰ retinet̃ nō eſt poſſibile vt moret̃ i ea ſpa
cio longo: qꝛ illa hora q̄ ille āpulle diſrūpunt̃ ꝓuenit il-
le aer q̇ eſt i eis ad locū q̇ eſt ei ꝓpinqꝰ ꝛ ꝓximꝰ. ꝛ ꝓpter
hāc cāꝫ ſit ꝙ āpulle q̄ ſiūt in mari reſoluunt̃ hora veloci
In hūiditate vō groſſa viſcoſa: qñ aer turbidꝰ fumoſus
retinet̃: morat̃ in ea tpe lōgo: qm̄ ſubā fumoſa nō ꝓpe-
rat aſcēdere ſurſū ſicut aer purꝰ: qm̄ hūiditatis diſruptio
eſt difficilis. ſic̃ eiꝫ gnātio ampullarꝫ ſit ex ſubā hūida qñ
inter ipſa retinet̃ aer: ſil̃r etiā earꝫ reſolutio ſit apud diſ-
ruptōem illiꝰ humiditatis: ꝛ diſruptio illiꝰ ſit facilis qñ
eſt in nā ſua: ꝛ motꝰ aeris qui ē in ea ad aſcēdēdū ſurſuꝫ
motꝰ fortis. Sed difficultas diſruptiōis eiꝰ ſit qñ non ē
ſubtilis: neqꝫ motꝰ aeris ꝯtēti in illa ſubā hūida ad ſupe
riora ē fortis. ꝛ hec quidē eſt diſpō aeris fumoſi turbidi.
Qđ ē: qꝛ aer cuiꝰ diſpō ē hec diſpō nō aſcēdit ſurſū: neqꝫ
ē etiā ſubtilis: ſed ē ex humiditate cū diſpōe cū qua non
poſſibile ē ei ſoluere illā ſubām extēſam: ꝛ ꝓpter hoc qñ
aqua bulit nō generāt̃ in ea ampulle: quaruꝫ diſſolutio
ſit difficilis. Ampulle aūt q̄rū reſolutio ſit difficilis: gene
rāt̃ apud hūores vētoſos g̃ſſos: ꝛ apud decoctiōem hūo
ris g̃ſſi aut viſcoſi aut vnctuoſi: a quo gnāt̃ vētꝰ vaporo-
ſus: ꝛ ē hūiditas q̄ ē ſup os vaſis vnctuoſa viſcoſa. Scdꝫ
ergo hūc modū oportet vt genēt̃ ſpuma in corpibus aīa
liū. qđ ē: qꝛ nō oportet vt eſtimet̃ ꝙ ſpuma generet̃ i cor
poribꝰ aīaliū: ſicut generat̃ in mari ab agitatōe vēti in eo
cū fortitudine: ſed a caliditate ignea q̄ liq̇facit ſanguinē
ꝛ gnāt ex eo vētoſitatē vaporoſam: ꝛ nos quidē inueni-
mꝰ illud accidere in oculis multis infirmorū. In eo aūt
qđ dixi in hoc capitulo ē ſufficiētia: ꝛ tibi q̇dē neceſſe vt
ſis memor eiꝰ in euētu oīs ſpumoſi: ſiue ſit ſputū ſiue ege
ſtio aut vrina. Euētꝰ. n. rei nociue nō ē niſi ſm hūc mo
dū: qđ declarat̃ in iſtiſ: ꝛ nō dixi illud niſi vt nō ꝯſideret̃
vice alia aggregatio l̃ agitatio cauſe i euētu eiꝰ. 48

**E**T ſi nigruꝫ eſt: mortale eſt.

**Q**Uod ſi iam in illo ꝯſuetum ſit ex
puritate ſua ut uideas ipm̄ totuꝫ
nigrū: tunc hoc eſt deterius illo.

IAm locutus fui in humoribus oībus puris ſer/
monē cōem in eis que ſunt p̄miſſa: ⁊ dixi etiã i
humorib⁹ melãcholici ſermonē ꝓpriū. Si ergo
nō fueris ſeruãs id: tunc redi ad ip̄m ⁊ lege ip̄m 2°. illud
eni eſt melius q̃ꝫ vt ego ſcribam tibi rem vnã ⁊ eandem
multotiens.

49
SI in pulmone coherēs ſonuerit:
nec qcq̄ꝫ iñ exierit: malū ē. Ster
nutatio cū reumate in oī egritudie pul
monis ⁊ coſte: malū eſt. ſiue .n. illa ſter
nutatio p̄cedat ſiue coequa ſit egritudi
ni: malū ē. Sternutatio uero ſine reu
mate in oī acuta egritudine: bonū eſt.
COriza uero ⁊ ſternutatio in oīb⁹
egritudinib⁹ que ſunt in pulmone
uel coſtis: ſunt male: ſiue ſit illud ante
aduentū egritudinis: ſiue poſt euentū
ei⁹. In reliquis aūt egritudinib⁹ ꝑnicio
ſis: ſternutatio eſt ex eis q̄bus fit iuua
mentum.

DE ꝯſuetudine omiū medicorū eſt vt ſignificēt ꝑ
ſermonē ſuū: corizã: humiditatē albã lenē: eua/
cuatã ex narib⁹: ſicut de ꝯſuetudine eorū ē etiã
nomiare humiditatē que deſcēdit ex palato catarrū. Et
mirū eſt ꝙ hippo. dimiſit vt adderet ſermoni ſuo: coriza
loco ſternutatōis: catarrū. qđ ē: quia malicia corize qñ
accidit in hmōi egritudinib⁹: non eſt niſi ex ꝑte vna: ca
tarrorū aūt malicia eſt ex duob⁹ modiſ. Et ego quidē iaꝫ
dixi multotiēs. ꝙ nos iaꝫ inuenim⁹ res quarū malicia ē
in hoc ꝙ ip̄e ſunt cauſe rerum aliarū que nocēt. verūtñ
ip̄e cōnumerãt qñqꝫ in ſignificatōib⁹ malis. Et inuēim⁹
iterū res alias ab eis: que nō ſunt niſi ſignificatōes male
tm̄: a quib⁹ nō accidit res mala: ſed nō ſignificãt tm̄ niſi
rem malã que generat ab eis. Et inuenim⁹ res alias q̃ruꝫ
diſpō ē tertia diſpō: ⁊ quarū malicia eſt duob⁹ modis ſ. ſil
.ſ. ex ꝑte ſignificationū: ⁊ ex ꝑte cauſarū. ex ꝑte q̇dē ſigni
ficationū: qñ euēt⁹ earū eſt ꝓpter egritudines malas. ſed
ex ꝑte cauſarū: qñ ip̄e etiã faciūt egritudines alias mul/
tas. Catarr⁹ aūt ⁊ coriza fiūt in egritudinib⁹ pulmonis:
qñ eleuat ad caput vapor calid⁹. Nocumētū aūt ꝓueni
ens ab eis nō fit ex eis vtriſqꝫ ſimul: ſed ex vna earū tm̄: ⁊
eſt catarr⁹. qđ eſt: qꝛ coriza ē res euacuata ex naribus: ⁊
fit euacuatio ei⁹ neceſſario ad exteriora. Oportet g̊ vt ſit
catarr⁹ deterior coriza. ⁊ ꝓpter hoc ego neſcio q̄re dimi/
ſit hippo. dicere catarrū in hoc ſermone: niſi voluerit vt
intelligat ex ſermone ſuo coriza: etiã catarr⁹. ⁊ pōt etiaꝫ
eſſe ꝙ ſcꝑtor p̄m⁹ dimiſit dicere illud. Inuenim⁹ .n. nūc
res multas in quib⁹ hoc accidēs accidit. Sternutatio ãt
ſm plurimū ꝓuenit cū coriza: ⁊ quoniã iteꝝ mouet totū
pect⁹ motu vehemēti: tūc nocet pulmoni. ⁊ ꝓpter hoc oꝫ
vt dicat in coriza ⁊ catarro: qꝛ ſunt ſignificatiōes male
ſemꝑ in iſtis egritudinib⁹ qum impleãt pulmonē hūore
malo. in malicia aūt earū qñ accidūt poſtq̃ꝫ ꝓlōgat egri
tudo eſt cauſa: qꝛ ſignificãt ꝙ egritudo q̄ eſt ī pulmone
ē magna fortis: ⁊ ꝙ capiti iam aduenit nocumētū inde.
In reliq̄s aūt egritudinib⁹ nō ē poſſibile vt accidat ſter
nutatio in p̄ncipio egritudinis: neqꝫ aliud ex aliis acci/
dētib⁹ qđ. ſi accidat poſt longitndinē egritudinis: ſignifi
cat euaſionē: q̃uis egritudines ſint ꝑniciose ſꝫ reliquas
ſignificatōes. qđ eſt: quia ſignificat vigōem ⁊ vehemen/
tiam virtutis expulſiue que eſt in cerebro. hec .n. virtus
qñ eſt fortis ita vt expellat vētoſitatē vaporoſaꝫ q̄ gene/
rat in cerebro cū humiditate que apparet in quibuſdaꝫ
horis: ⁊ ſentit ⁊ occultat in quibuſdã earū ⁊ nō ſentit et
fit eius apitio difficilis: facit euenire ſternutatōeꝫ. 50

SPutum ſubſanguineū clarum in
pulmonis ualitudine: in pricipio
nullo colore turbatum: ſalutez ſignifi
cat. ſed ſi uſqꝫ in diem ſeptimū aut am
plius idem ſputū mãſerit: ſuſpectū eſt.
SPutuz autem cui aliquid ſangui
nis admiſcetur: qui non multus
eſt: ⁊ eſt rubeum clarum in apoſtemate
pulmonis: in principio egritudinis ſi
gnificat ſalutem ualde. Q; ſi egritudi
ni ſuperuenerit ſeptem dies: aut plus
illo: ⁊ ſputū fuerit cum illa diſpoſitōe
tūc fiducia tua de illo inde erit minus.

SErmo etiã iſte eſt ſermo coīs in oīb⁹ apoſtema/
tibus calidis: ⁊ iam dixit hippo. ip̄m multotiēs
in alio loco: ⁊ eſt: quia currit ex humore effuſo
ad mēbra apoſtemata: qđ in ip̄o eſt ſubtile: qñ qđ appa
ret de mēbro in quo eſt apoſtema nō ē ſpiſſū in natura
ſua: ſicut cutis apparēs. ⁊ ꝓpter hoc qñ accidit in ore et
in duob⁹ foraminib⁹ nariū ⁊ in oculis apoſtema: currūt
ex eo humiditates ſubtiles ſimiles virui qđ currit ex vl/
cerib⁹. g̊ ſm h̄ etiã qñ in pulmone fit ap̄a: euacuat hūidi
tas ex eo ad loca vacua q̄ ſunt ī eo: ⁊ ſic cãne diuiſe ī eo.
⁊ hmōi quidē humiditas eleuat in hora tuſſis ⁊ expellit
⁊ ſignificat nãm ſanguis faciētis apoſtema in pulmōe:
qm̄ ip̄a eſt aquoſitas illi⁹ ſanguinis. ⁊ ꝓpter hoc ſi hūor
faciēs apoſtema fuerit de genere cholere: videbis colorē
illi⁹ humiditatis citrinū. ⁊ ſi fuerit ſanguine⁹: colorē ip̄i⁹
rubeū. ⁊ ſi fuerit ꝑmixt⁹ ex iſtis duob⁹ ſimul: videbis co/
lorē eius rubeū clarū: ⁊ ꝓductio ſputi humoris huius eſt
vna de ſignificatōib⁹ laudabilibus: ⁊ minus ip̄o lauda/
bile eſt ſputū ſanguis puri: ⁊ dignū eſt vt abhorreat ho/
mo hoc ſignū. eſt eni ſicut illud qđ accidit in pulmone
qñ diſrūpit aliqua venarū ei⁹ ex vlcere qđ accidit in eo:
quoniã ſputū tūc etiã erit ſanguis purus. verūtñ qđ eua
cuat de ſanguīe ⁊ expellit in eo q̄ habet periplemoniã ē
paucū valde ſimile euacuatōi ſanguīs ⁊ ſputo eius in eo
cui aduenit attritio in pulmone ſuo ꝓpter torſiōem tor
quentē ipſum: ⁊ accidit ſimile huic iterū qñ effundit ad
os ſanguis ſubtilis ſubſtãtie: ⁊ eſt gingiua mollificata
cui nō eſt poſſibile retinere ip̄m ab effuſiōe. ⁊ euacuatur
etiã ex palato ſimilis huic ſãguini aquoſo ſubtili ab hu
iuſmodi cauſa eadē. nō ergo eſt extraneū etiã ſi accidit
ſimile illi in pulmone. ⁊ tibi quidē eſt poſſibile vt ſignifi
ces ſuꝑ illud facile ex ſubſtãtia ſanguīs ⁊ eius quãtitate
qđ eſt: quia ſanguis qui euacuat a pulmone nō eſt groſ
ſus in ſua ſubſtãtia neqꝫ mult⁹: neqꝫ morat hoc accidēs
vſqꝫ in diē ſeptimū: ſed mutat ꝓp̄e ⁊ digerit in dieb⁹ pri/
mis q̃ttuor. ꝙ ſi nō mutat in hac hora: mutat proculdu
bio in ebdomada p̄ma. Si aūt morat etiã in hoc ſpacio
ſm diſpoſitōem ſuã illã: tūc manifeſtū eſt ꝙ egritudo ꝓ
longat: qm̄ ſi ꝑmanet vſqꝫ ad diē ſeptimū preter ꝙ ſuſci
piat digōem: ſignificat ꝙ ip̄a recipiet digōem in temꝑe

longo: ⁊ de aptitudine ſpacij tꝑis qñ ꝓlõgaꝛ infirmitas eſt vt accidat in curatõe eiꝰ error multꝰ: aut ex infirmo: aut ex eiſ qui ſeruiũt ei: aut ex rebꝰ extrĩſecis: ⁊ multotiẽs accidit ex medico etiam. ꝙ ſi nõ accidat error ex aliquo iſtorũ: tũc nõ fit ſecuritas ſuꝑ virtutẽ: qm̃ cadat ⁊ deuicaꝛ in hoc ſpacio in quo recipit digõem. Et ꝓpter hanc cauſam dixit hippo. tunc ſi egritudini ſuꝑuenerint dies multi ⁊ ſputũ fuerit cum illa diſpoſitiõe: tũc fiducia tua de illo erit minor. 51

Omne ſputũ perſeuerãte dolore: malũ eſt. Sputũ nigrũ peſſimuꝫ eſt. Et omne ſputũ cũ doloriſ diminutione: bonũ.

Et omne ſputũ ꝑ qđ non qeſcit dolor: eſt maluꝫ. ⁊ qđ ex eo eſt deterius eſt nigrũ: ſicut narraui. ⁊ omne ꝑ quod ẽ doloris ſedatio: ẽ laudabile.

SI ergo qñ epidimie uł epidimiat̃
morbi q̃litas aut q̃ꝫitas: aut uni
uerſałr mortalis ē: ſꝫ ipſi morbi uarij et
inequales ſunt: ⁊ afficiũt plerũqꝫ pluri
mos ut diximꝰ ⁊ interimũt.

ET quādo nō eſt diſpoſitio egritu
dinis alguefed diſpoſitio egritu
dinis mortalis cōmunis: ſꝫ ſũt egritu
dines diuerſe ⁊ ꝓpique: accidit pluribꝰ
hōibꝰ ex rebuſ quas pmiſimꝰ ⁊ narraui
mus ut moriant̃.

SIgnificauit hippo. p ſermonē ſuũ iſtũ: ꝙ ex egri
tudibꝰ eſt egritudo q̃ cōicat multis hoībꝰ in ho
ra vna. ⁊ qñ egritudies ſũt pnecabiles: noīatur
egritudo illa mortalis. ⁊ qñ ſunt faciles: noīat̃ noīe alio
qͦ ipſaꝫ ſignificat. Noīatur itaqꝫ egritudo alguefed: ita
vt ſit egritudo alguefed hͤ egritudo q̃ multiplicat̃ in ho
ra vna in regiōe vna: ⁊ ſit mortalis ipſa egritudo algue
fed pnecabilis. Et hoc etiā eſt genꝰ aliud ex generibꝰ egri
tudinũ cōicans multis: ⁊ noīat̃ egritudo diuerſa: ⁊ ꝓpe
coraꝫ oībus iſtꝭ egritudinibꝰ ſũt ille q̃ accñt ex regiōe: ⁊ le
dunt̃ p eas hoīes ſm modos diuerſos multos: ⁊ nō eſt
eaꝝ gnātio cōis. Nō aũt rectũ eſt vt ſit: hippo. ſignificās
p ſmonē ſuũ: ſed ſũt egritudies diuerſe ⁊ ꝓpinq. qͦ eſt:
qm̃ neceſſariũ ē vt dicat̃ ꝯtrariũ hꝰ ſmonis in eis. ſ. nō ꝓpinq
ſed ſiłes. ſed iudiciũ in egritudibꝰ regionalibꝰ: ⁊ egritudi
nibꝰ alguefedet pniciofis: nō eſt niſi p aſſimilationē eaꝝ.
Nō ergo neceſſariũ ē in illo eſt vna duaꝝ reꝝ: aut vt dicat̃
ꝙ certior deſcriptionũ eſt deſcriptio in qua eſt: ſed ſunt
egritudines diuerſe non ꝓpinque: Aut vt a ſmone eiꝰ ꝓ
pinque: non oporteat itelligi ꝙ quedā ſunt ꝓpinque q̃
buſdā: ſed egritudies que ſũt ante eas. ſ. egritudines de q̃
ruꝫ euentu cucurrit cōſuetudo: nam egritudines algue
fed: ⁊ egritudines pnecabiles paꝝ accidũt. de euentu aũt
eaꝝ q̃s hippo. diuerſas noīauit cucurrit ꝯſuetudo: ⁊ ſũt
ille in q̃bꝰ ē ſermo eiꝰ ī hoc libro. In egritudinibꝰ aũt q̃
nominant̃ alguefed loquit̃ in libro ſuo q̃ nomīat̃ epidi
mie. ⁊ loquit̃ de egritudinibꝰ regionalibꝰ in libro ſuo de
aere ⁊ aqua locis ⁊ nō ſingularit̃. In egritudine nomīa
ta mortalis facit libꝝ ꝓprium: qm̃ narrauit in libris ſuis 10
q̃ eſt vna egritudinũ alguefed.

SEd et uulgꝰ peritũ ab īpito hmōi
cognoſcētiũ diſcernere nequeũt.

UUlgi aũt non cognoſcũt meliorē
a uiliore ⁊ peiore ꝓculdubio in co
gnitiōe haꝝ egritudinũ.

DIcit ꝙ vulgi non cognoſcũt ꝓculdubio melio
rem medicoꝝ in cognitōe harum egritudinũ ab
alijs. Et manifeſtũ eſt ꝙ ſermo eiꝰ eſt in egritudi 11
nibꝰ acutis quas dixit paulo ante.

ALia laudātes: ⁊ alia uitupanteſ.

ET laudant ⁊ uitupant ꝓprie ſpēs
alias ex ſpeciebꝰ ſanatōis.

DIxit ꝙ vulgi ñ cognoſcũt ſpēs medicatiōis: q̃bꝰ
oꝫ vti: ⁊ q̃s laudare oꝫ. veꝝ laus eoꝝ ⁊ vitupatio
nō ē ꝓpe niſi ex ſpēbꝰ alijs: ⁊ pp hͦ dicimꝰ ꝙ laus
⁊ ipſoꝝ vitupatio nō currũt ſm ꝯſuetudinē. deinde hip
po. p ſucceſſionē huiꝰ ſmonis poſtq̃ꝫ narrauit demon 12
ſtrationē ſup ſmonē ſuũ ſcripſit hũc ſermonē.

QUoꝝ ⁊ in his morbis eorũqꝫ me
dela ignorātia hac pꝫ maxie quā
dicturi ſumꝰ ſignificatōe. Experſ nāqꝫ
totiꝰ medicinał ſcie ab hiſ pitiſſimꝰ huiꝰ
egritudis cā ablata putat̃. Que. n. me
dicina i eo iuuare uidet̃: eiꝰ noīa ſũt ha
bilia. Qui ergo ea dignouerit: ptiſanā
uidelicꝫ ⁊ ſirupũ: aquā quoqꝫ mellis ⁊
huiuſmōi: ⁊ illius a uulgo medicus ha
betur qui inſipiens itidem ut ſapiēs iu
dicare putatur.

ET maior ſignificationuꝫ ſup hoc
quod uulgi ignorāt ualde eſſe ha
rum egritudinũ: et ſecundo medicatio

nem eaꝝ quō opoꝛtet ut ſit: eſt q̇ dico
⁊ ē q̇ de illo apud quē nō ē ſcia medicie
putāt qa eſt ſciēs medicinā ꝑpter has
egritudines. qō ē: qa doctrina nominū
ſpēꝝ ſanatōis: de qb⁹ exiſtimaꝛ q̇ ſunt
rectioꝛes habētib⁹ has egritudines eſt
facilis: qm̄ homo q ſcit hec noia. ſ. aq̄
kiſt hoꝛdei: ⁊ pot⁹ ille: ⁊ ille: ⁊ aq̄ mell̄:
eſtimāt de eo oēs uulgi qa ē medicus:
qum ſcit illud qō narrat: ⁊ melioꝛ et ui
lioꝛ res una eadē.

Q Um ſint medicine quib⁹ vtiꝛ melioꝛ medicoꝝ ⁊
vilioꝛ eoꝝ vne ⁊ eedē ſit ꝑpter illud melioꝛ apō
vulgū nō cognit⁹: qum ipſi nō intelligāt diffe-
rentiā inter illū qui medicaꝛ cū illis medicinis quib⁹ me
dicanꝛ egritudines in hoꝛis ſuis: ⁊ cū q̄ʒtitate q̄ oʒ: ⁊ īter
illū qui facit illud imēſurate. verūtn̄ hippo. poſtq̄ʒ abſci
dit in hoc loco ꝑpōnem ſecūdā pꝛologi ſui libꝛi: incipit
de rebus quas intēdit ex ſermone qui ſequitur ſermonē
ſuuʒ iſtum.

13

S Cripturū itaqʒ me eē ea q̄ hacte
n⁹ ignoꝛata fuerūt neceſſariū du
co: quoꝝ itaqʒ doctrina excellētiſſima
ē in his q̄cūqʒ iuuamē ul̄ leſionē ſūt pa
ritura. Id aūt qō ignoꝛaꝛ a medicis ē
cur medicoꝝ ꝑs totius uite ſue nō deſi
ſtit dieb⁹ pꝛopinare in acutis paſſiōibuſ
ptiſanā hoꝛdeaceā nō colatā util̄r opa
ri confiſi. Alij uero ut nec unū hoꝛdei
granū trāſglutiāt egri ſūmope ſtudēt.
Qō ſi fieret ⁊ nō colata eēt: maximum
credūt eē nocumētū egroto. Alij autē
nec colatā nec nō colatā dāt: quoꝝ rur
ſus ꝑs nūq̄ʒ niſi vij. die trāſacto. Alij
uero moꝛbo deficiēte in die cretica.

U Ideꝛ autē mihi qa oʒ ut ſcribam
oia de qb⁹ medici ſciam nō habēt
qum eoꝝ cognitio nobilis ſit q̄ʒtitatis
⁊ magne ſcie: ⁊ oia q̄ faciūt iuuamētuʒ
magnū: aut nocumentū magnū. Res
aūt de qb⁹ medici ſciam nō hn̄t ſūt iſte:
Que cā ē ꝑꝑ quā ſit q̇ qdaʒ medici mo
ranꝛ tempe uite ſue toto dātes in potu
infirmis in acutis egritudinibus ptiſa
nā hoꝛdei nō colatā. Et qn̄ faciūt illō
exiſtimāt q̇ medicatio eoꝝ ipis ē ſʒ re
ctitudinē. Et ex eis ē q ꝯuertit ſtudiuʒ
ſuū totū ad hoc ut nō deglutiat ifirm⁹

granū hoꝛdei unū: qm̄ putat q̇ in illo ē
nocumētū magnū: ſʒ dat ipaʒ in potu
infirmo poſtq̄ʒ colat eā. Et ex eis ſunt
q infirmo in potu nō tribuūt: neqʒ pti
ſanā hoꝛdei: neqʒ aquā eius. Et ex eis
ſūt: qui nō faciūt uſqʒquo trāſeāt ſup
infirmū ſeptē dies. Et ex eis ſunt: qui
nō faciūt illud uſqʒquo ꝯſūmaꝛ egritu
do ⁊ ueniat criſis.

P Utaꝛ de hac qōne quā dixit hippo. qꝛ eſt q̄ſtio
dialectica. poſſibile. n. eſt medicari egritudies ſʒ
rectitudinē pꝛeꝛ q̇ inq̇raꝛ de h⁹mōi qōnib⁹. qō
eſt: qꝛ hippo. dicit q̇ rectitudo in medicatiōe egritudinū
eſt medic̄ ex cognitōe reꝝ q̄s oʒ facē: nō ex inq̇ſitiōe cau
ſe i diuerſitate cadēte inꝛ illos q̄ ſcripſerūt ſpēs ſanatōis
diuerſas i egritudib⁹ eiſdē. Hec aūt q̄ſtio vere nō eſt iu-
uatiua valde tn̄: imo oʒ vt p̄mittaꝛ qō de ea ſup oēs res
ſicut oñdaʒ qn̄ ꝑcedā in ſmōe meo. qō eſt: qm̄ digni⁹ eſt
vt oñdaʒ in p̄mis i eis: qꝛ neceſſaria ē inq̇ſitio de ea: ⁊ q̄-
liter ē rn̄ſio in ea. q̇ aūt inq̇ſitio de eo ſit neċria intelli
ge ex eo qō dico. ⁊ ē: qꝛ diuerſitati q̄ cadit īter phos nō
inueniꝛ inſtrumentū manifeſtū quo experiaꝛ. qō eſt: qꝛ
tu nō inuenis inſtrumentū manifeſtū quo experiaꝛ ſer-
mo q̇ diċ: q̇ mūd⁹ nō ē generat⁹. neqʒ ſmo q̇ dicit: q̇a eſt
generat⁹. neqʒ ſmo q̇ dicit: qꝛ eſt coꝛꝛuptibilis. ⁊ q̇ dicit:
qꝛ nō coꝛꝛumpiꝛ. neqʒ ſmo ei⁹ qui dicit: qꝛ nihil ē extra
ipm vltimū vacuū. ⁊ ſmo q̇ dicit: qꝛ ē infinit⁹. neqʒ ſmo
qui diċ: q̇ ē vn⁹ mund⁹. ⁊ ſmo q̇ dicit: qꝛ ſūt plures vno.
neqʒ q̄ʒtus ſit eoꝝ nūer⁹ ſi ſunt plures vno. neqʒ etiā ſi ſē
plures vno nō cōpꝛehendiꝛ eoꝝ numer⁹: neqʒ nūeranꝛ.
neqʒ eſt poſſibile vt vtaꝛ inq̇ſitōe de illo ſignificatōe ma
nifeſta. Et ſil̄r eſt diſpō multaꝝ aliaꝝ reꝝ ex reb⁹ de q̇bus
inueniꝛ qō in philoſophia. Ex eis. n. ſūt res in q̇b⁹ nō eſt
nobis poſſibile oīno indicare iudiciū abſcindēs. et ex eis
ſunt res lōga indigētes inq̇ſitiōe. Reꝝ aūt quib⁹ iuuanꝛ
infirmi aut nocēt eis nō eſt diſpō hec diſpō. quod eſt: qꝛ
in iuentiōe eaꝝ non ē neċriuʒ tp̄s longū: ⁊ vir p̄ſci⁹. De
oib⁹ aūt reb⁹ q̄s exiſtimāt q̇daʒ hoīes ſe iueniſſe: putaꝛ q̇
iudiciū in eis eſt facile: qm̄ ſi iuuerit qū vtunꝛ in ifirmis
tūc oʒ vt laudenꝛ ⁊ ſuſcipianꝛ. ⁊ ſi nocēt quʒ eaꝝ ē vſus:
tūc oʒ vt fugianꝛ ab eis ⁊ eijcianꝛ. ⁊ ſi non nocēt aut iu
uant nocumēto aut iuuamēto qō q̄ʒtitatē hēat: tūc opʒ
vt puteꝛ de eis qꝛ ſūt ex reb⁹ que nō faciūt aliq̄ʒ haꝝ dua
rū actionū. veruntn̄ opʒ iteꝝ medicis vt elongenꝛ ab oī
qō nocet nocumēto manifeſto. Res aūt que nocēt aut
iuuant iuuamēto aut nocumēto ꝑuo non ē miꝝ ſi reti-
neant oēs eas qui putāt de eis i pꝛincipio opīoeʒ aliquā
In eſſe aūt reꝝ inꝛ q̄s ē dꝛia magna valde: ita vt laudēt
eas quidā hoīes: ⁊ quidā eoꝝ vitupent eas: cadit admi-
ratio ex eis q̇ laudēt res q̄ꝝ virt⁹ in nocumēto ē virt⁹ ma
gna valde. Et ex eis q̇ vitupant res quib⁹ in veritate ſit iu
uamentū manifeſtū hec ē qō de q̄ inq̇rit nūc hippo. i fi-
ne exēploꝝ particulariū: ⁊ iam dixit eā iteꝝ Ariſtrates:
⁊ rn̄ſioneʒ i ea in tractu libꝛi ſui p̄mo de febꝛib⁹: ⁊ iceſſit
in abbꝛeuiatōe ſmonis i eo ⁊ explanatōe via hippo. qō
eſt: qꝛ poſtq̄ʒ narrauit i libꝛo ſuo quē diximus ante illos
qui ex medicis vtunꝛ in febꝛientib⁹ ꝯꝛio regimīs quo oʒ
vti: ⁊ dixit illos q̇ cadere faciūt virtutes infirmoꝝ ꝑ ꝑhi-
bitionē vehementē longam a cibis: ⁊ dixit Catonē me-
dicū qui cibabat infirmos carne: ⁊ potabat eos vino: ſe
cutus eſt illud hoc ſmone: ⁊ eſt ſmo eius cum dictione

ſua fecerūt cadē m̄ltos īfirmos ī paſſiōes valde magnas
⁊ ſi oīuꝫ febꝛientiū euaſio ab infirmitatibꝰ ſuis: eēt p hꝰ ī
regimē in ſanatōe euaſio mala: remanerēt illi q̄ exercēt
medicinā ſm̄ hūc modū nō ſanātes aliquē infirmoꝝ. ve-
rū qd̄ mcg̃l ſimiliꝰ eſt vt ſit: eſt ꝙ in medicatōe oīuꝫ febꝛi
entiuꝫ nō ꝯuenit vnū ⁊ idē regimē. Opoꝛtet ḡ vt laudet̄
Arſiſtrates ⁊ oēs qui inq̄ſierūt de hac q̄ſtione p̄ter ip̄m
⁊ ſcripſerūt rn̄ſionē in ea. ⁊ digniꝰ eſt etiā vt laudet̄ q̄ fu-
it p̄mꝰ qui q̄ſiuit de ea. Et ſcias q2 non ē inq̄ſitio de ea ⁊
rn̄ſio ī illo ī egritudibꝰ acutis dignioꝛ q̄3 ī reliq̄s egritudi
nibꝰ remanētibꝰ. qd̄ eſt: q2 inq̄ſitio de ea eſt cōis cōicans
oībꝰ egritudinibꝰ: q̄m diuerſitas ī medicatōe nō cadit ī-
ter medicos ī egritudinibꝰ acutꝭ tm̄: ſ3 in oībꝰ egritudibꝰ
aliīs: ⁊ pp hoc figit̄ in vnoquoq3 eoꝝ ſpacio lōgo tēpis
ſm̄ regimē qd̄ viſuꝫ ē ei q̄n vidit ꝙ quidā hoīes iuuati ſt̄
eo. De reliq̄s aūt remanētibꝰ p̄ter eos quoꝝ nullus iuuat̄
eſt p regimē eoꝝ: l3 ipſi exiſtimēt ſup infirmos ꝙ ipſi er-
rauerūt ſup ſeipſos ſecreto. ⁊ foꝛſitan etiā ſicut dixit hip
po. in libꝛo ſuo de algebꝛa ī illis q̄ errant ī ſtrictura oſſiū
q̄n frangunt̄: ⁊ accidit cū fractura eoꝝ vulnꝰ: ⁊ ledūt in-
firmos p illaꝫ cām. qd̄ eſt: q2 hippo. dicit ꝙ ipſi nō exiſti-
māt ꝙ cā in illo nocumēto ſit ligatura: ſed malicia foꝛ-
tune. Silr̄ accit etiā ſimile huic ī egritudinibꝰ quaꝝ ſana
tio ſit p regimē. Eſſe aūt eius qd̄ ipſe dixit ī hoc ſm̄one
quē p̄miſimꝰ ad exponendū eſt manifeſtū q̄n legit hō
bis eū ant ter ſecū: ⁊ ponit mentē ſuā in eo. qd̄ eſt: q2 tu
inuenis hippo. feciſſe ī exēplo ſuo p̄ticulari ſm̄onē cōe3:
⁊ eſt ſm̄o d̄ quo ꝯſuetudo cucurrit ph̄is ⁊ pluribꝰ opifi-
bꝰ artis dialectice: vt noīent ip̄m etiā ſm̄onē vniuerſalē
Araſiſtrates eni dixit regimē qd̄ eſt ſm̄ finē ꝯ̄trietatis ei
qd̄ opoꝛtet. Hippo. autē dimiſit dicē regimē hoꝛꝛibile: ⁊
dixit regimē mediū. Qd̄ eſt: q2 fames q̄ eſt ī vltimo: ⁊ re-
pletio tranſiēs equalitatē quā fecit Lato: ſūt in veritate
hoꝛꝛibiles. S3 p̄opīquiꝰ his duobꝰ ad equalitatē ē regi-
mē qd̄ narrauit hippo. q2 q̄ regit p euꝫ ip̄m ī egritudibꝰ
acutis: ē ex medicis cui ē magnitudo ⁊ nobilitas. qd̄ eſt:
q2 ex medicis eſt q̄ cibat infirmos ptiſana hoꝛdei. ⁊ ex eiſ
eſt q̄ potat eos aq̄ eiꝰ tm̄. ⁊ ex eis eſt q̄ nō potat eos hac:
etiā vſq3quo veniat criſ eis: ⁊ regit infirmū in hoꝛa q̄ eſt
int̄ initiū egritudīs ⁊ inter criſim cū eo qd̄ bibit̄ tm̄: ſicut
aqua ⁊ aq̄ mellis. ⁊ ſi indigēt in q̄buſdā hoꝛis vtunt̄ ſiru
po acetoſo. Cā aūt diuerſitatis inter eos eſt ſm̄ ꝙ dixit
hippo. Hippo. n. narrauit illud ī ſequētibꝰ. Jam aūt di-
xi ꝙ Arſiſtrates dixit illd̄: ⁊ innuit in tractatu p̄mo libꝛi
ſui ī febꝛibꝰ: ⁊ eſt ꝙ q̄daꝫ hoīes indigēt aqua hoꝛdei tm̄.
⁊ q̄dam eoꝝ indigēt cū illo etiā ptiſana ipſa. ⁊ q̄daꝫ eoꝝ
nō indigēt aliquo eoꝝ: ſ3 ſufficit eis vt ꝯſuent ſe cum eo
qd̄ bibit̄ tm̄ vſq3 ad hoꝛā criſis ⁊ iuuant̄ p id. Et hippo. q̄-
dem ſm̄ ꝙ narrat ī ſequētibꝰ ex infirmis eſt q̄ indiget pti
ſana hoꝛdei: ⁊ qui īdiget aqua eiꝰ tm̄: ⁊ q̄ non īdiget ali-
qua earum. 14

Ad hec uero: aut interrogati: aut
nō iterrogati: nec quicq̄3 idoneū
rn̄dere ſolēt.

Et plꝰ illo q nō ē de ꝯſuetudīe me
dicoꝛū ut ingrāt de hm̄oī q̄ōnibꝰ
⁊ pōt eē ut nō inueniat̄ apud eos rn̄ſio
⁊ ſi interrogēt̄ de eis etiā.

Manifeſtū ē oñſione plana bona ex hoc ſermone
ꝙ hippo. fuit p̄mꝰ q̄ q̄ſiuit de hac q̄ōne: ⁊ rn̄dit
de ea. Dixit. n. qd̄ ē: q2 medici nō ꝯſueuerūt īter
rogare de hm̄oī q̄ōnibꝰ: ⁊ ſi interrogāt eos q̄dā homīes
de eis: aut qum querūt̄ nō ē eis poſſibile inuenire reſpō- 15
ſionē in eis.

Que res itaq3 iā demū ita ad hoc
deducta eſt ut etiā uulgo liq̄diſſi
me clarere uideat̄: ⁊ medicine ars oīo
ars eſſe nō uideat̄.

Quāuis ſit approp̄atū huic arti to
ti ut uitupēt eā uulgi uitupatione
magna donec ip̄i nō exiſtimēt omnino
ꝙ ars medicine ſit inuēta.

In hoc ſermone iteꝝ īuenit̄ hippo. narraſſe p ex
empluꝫ p̄ticulare res ex rebꝰ vniuerſalibꝰ. Jn p̄
mis q̄dē nām ex diuerſitate q̄ ē īter illos q̄ exer-
cēt aliquā artiū q̄cūq3 fuerit: dubitat hō necio ita ꝙ fac
eū heſitare: ꝙ nō ē eis ſcīa de ip̄a: et ſm̄o q̄dē: naꝫ cōue
niētia eoꝝ in ea ē ſignificatio magna ſup ſcīam eoꝝ. et
hec q̄dē ē res cū q̄ oñdit̄ adiutoꝛiū demōſtratōis geome
tricis. qd̄ ē: q2 demōſtratōes iſte nō ſufficiūt ſapientibꝰ
tm̄: ſed inuenimꝰ eas iteꝝ apd̄ vulgos p̄babiles vel famo
ſas cū certitudīe. inde ē ꝙ ipſi dicūt in eo q̄ vtit̄ demon-
ſtratōibꝰ geometricis ꝙ declarauit rem manifeſtā in q̄
nō eſt diuerſitas. Et hippo. quidē narrauit ſm̄onē ī hac 16
diuerſitate ī oꝛōne que ſeq̄tur hūc ſm̄onē.

Cum ergo huiꝰ diſſentiōis magni
tudo de acutis paſſiōibꝰ inter cu
ratoꝛes eouſq3 increuerit: ut quod uni
egrotāti tanq̄3 profecturū alicui altrei
uideat̄ nociuū: ſic ars medicine in diui
nationis uanitatē redacta eſt. Qui. n.
diuinatōes exercēt ut auſpices quidaꝫ
quas quidē aues in ſiniſtrā partē uola
re uiderūt: malū. quas uero in dextrā:
bonū p̄ſagiū p̄tēdere iudicāt. Silr̄ au
tē ⁊ auruſpices hic hoc: ille uero huic
cōtrariuꝫ uidet.

Cum ergo quantitas diuerſitatis
inter medicantes in egritudinibꝰ
acutis ꝯſeq̄t̄ hāc ſummā: ita ꝙ illd̄ qd̄
appꝛopinq̄t alicui infirmoꝛū q̄dā coꝛū
q̄n eſtimat ꝙ illd̄ ē iuuamtū ualde: eſti
mat ſup illd̄ aliꝰ q2 ē malū tm̄: ⁊ ſ3 hoc
dr̄ in arte medicine: q2 ē ſilr̄is diuinatōi
nā qui utit̄ diuinatiōe dicit in aue una:
q̄a quādo uolat ſiniſtre: tūc illd̄ ſignuꝫ
malum eſt. ⁊ quādo uolat dextre: tūc
illud ſignū eſt bonū. ⁊ ſimiliter inuenit̄
etiā ſimile huic in arte que cōſideratur
in uictimis: in rebꝰ in quibꝰ aſpiciūt: et
ex diuinis ſunt quidā qui uidēt contra
riū harū ſniaꝝ.

Uult ꝑ diuinatõem artẽ augurãdi: ſʒ ꝑ ꝯſiderati
onẽ i victimis vult artẽ quã plẽs hoĩes noĩant
hoc noĩe. ſ. ſpeculatio in victimis: ⁊ ẽ illa etiam
quã reliqui antiq̃ hoc noĩant noĩe, quod ẽ: q̃a ſciẽtes eã
poſtq̃ʒ aſpiciũt in victimis: procedũt etiã ⁊ iudicãt ex eis
ſucceſſiões. Nomẽ aũt victimaꝝ cadit ſuꝑ ſacrificia: que
offerũt̃ deo glorioſo ⁊ ſublimi ex aĩalib⁹ venerãdo ⁊ ma
gnificãdo eũ: ⁊ ſunt illa in quib⁹ ꝯſiderãtes ꝓcedũt ⁊ iu
dicãt ex eis poſtq̃ʒ aſpiciũt in viſcerib⁹ eoꝝ. Illi aũt q̃ di
uinãt ꝑ volatũ auiũ noĩant̃ auctores augurãdi: ⁊ ſũt illi
quos hippo. in hoc loco noĩauit diuinos: q̃uiſ nomẽ di
uini ⁊ diuinatõis cadat ſuꝑ oẽs artes i quib⁹ fit ꝓceſſio
⁊ indicãt̃ ſucceſſiões. qδ eſt: q̃a diuini noĩant̃ ſpeculãtes
in victimis: ⁊ auctoreſ augurij: ⁊ illi qui ꝯſiderãt in nati
uitatib⁹: ⁊ illi qui iudicãt ſucceſſiões ꝑ ſigna in q̃bus cõ
ſiderãt. ⁊ cũ iſtis etiã ſunt illi qui ꝓphetãt: ⁊ illi qui diui
nant ꝑ res diuinas. Et ex hõib⁹ ſunt q̃ noĩant hoc nomi
ne illos etiã quos noĩauit poeta interp̃tes ſomnioꝝ. ve
rũtamẽ manifeſtuʒ eſt q̄ hippo. noĩat hoc noĩe. ſ. diuini
auctores augurãdi tm̃: ſicut fecit v̾ſificator. qδ ẽ: q̃a verſi
ficator dicit etiã in locis multĩ verſuũ ſuoꝝ: q̄ ars augu
randi ꝓcedit ⁊ ſcit quod eſt futuꝝ: ⁊ dixit in p̃ncipio ſue
poetrie hũc ſermonẽ: Sed venite ⁊ interrogem⁹ quoſdaʒ
diuinos aut alkeum⁹: ⁊ ſignificat ꝑ ſermonẽ ſuũ: alkeu
mus: illũ qui aſpicit in victimiſ aut interp̃tat̃ ſomnia. qδ
eſt: q꞉ ſomnia ſunt a deo bñdicto ⁊ ſublimi. Uerũ mani
feſtũ eſt: q̃a ſignificat ꝑ diuinos illos qui diuinãt ꝑ vola
tum. quod eſt: quia nõ eſt poſſibile vt dimittat̃ ex quãti
tate augurij: ⁊ ipſe iam dixit illud in alio loco ſuoꝝ ver
ſuũ in reb⁹ nobilis quãtitatĩ. quod eſt: quia vtit̃ arte que
ꝯſiderat̃ in auib⁹: ⁊ ipa noĩat̃ prop̃e ars augurãdi. ⁊ põt
eſſe q̄ ego ꝓlongaui in ſermone in ſil̾itudinẽ diuinatio
nis pl⁹ q̃ʒ oportuit. ſed hora ẽ mihi iam vt redeã ad intẽ
tionẽ hippo. in ſermone ſuo ⁊ ẽ iſte: Quia inter illoſ qui
vtunt̃ arte augurãdi pl⁹ diuerſitatĩ nõ cadit q̃ʒ int̃ medi
coſ in plurib⁹ reb⁹ ꝑticularib⁹. Inde ẽ q̄ ego vidi i q̃buſ
dam horis quoſdã ex auctorib⁹ augurãdi diuerſificatos
fuiſſe in eſſe auiũ: quas noĩat hippo. i hoc loco dextras
⁊ ſiniſtras. Et erat vn⁹ augurũ arabs: ⁊ alter grec⁹ de t̾ra
aſie. Dixit ergo arabs: q̄ auis volans dextre: ſignificat ſa
lutẽ mulieꝝ ex infirmitatib⁹ ſuis: ⁊ volãs ſiniſtre: ſignifi
cat euaſionẽ viroꝝ. Augur vero qui erat de illis de aſia
dixit: q̄ auis volãs dextre facit neceſſariũ in queſtiõe de
euaſiõe viroꝝ: q̄ ipſi euadũt ab infirmitatib⁹ ſuis: ſed vo
lans ſiniſtre facit neceſſariũ in queſtõe de illo lrãm ne
gatõis: ⁊ ẽ nõ. Interrogaui ergo vtroſq̃ʒ an videãt q̄ h̾
virt⁹ ſit auis ſiniſtre aut dextre quicũq̃ʒ volat⁹ ſit p̃ter q̄
videãt q̄ inter hoc vt auis volet volatu eleuato valde: ⁊
inter hoc vt volet ꝓpe terrã: aut inter hec duo. Et ſi ẽ int̃
hec duo alia: an inter ꝓp̃quũ alto ⁊ ꝓpinquũ inferiori:
aut medio ſit differẽtia. Et ſil̾r etiã ĩterrogaui eos de aue
volãte ꝓp̃ique aut longĩque in volatu ſuo: an apud eos
ſit int̃ illud dr̃ia. Arabs aũt ex eis dixit: q꞉ nõ ẽ dr̃ia ĩter
aliquod horũ: quicũq̃ʒ volat⁹ ſit: ſiue ſit longĩqu⁹ in alti
tudine: aut lõgitudine: aut latitudine. Grec⁹ v̾o diſtĩxit ⁊
dixit eſſe dr̃iam inter illud: ⁊ dixit q̄ auctores augurãdi
ſcp̃ſerũt qδ dr̃ i aue que volat̃ dextre aut ſiniſtre poſtq̃ʒ
nõ elõgat̃ in volatu ſuo: ſʒ ẽ in illo ſm̃ equalitatẽ. deĩde
dixit: Et v̾t⁹ auis equaliſ in volatu ſuo in lõgitudine ⁊ ꝓ
p̃quitate eſt ſm̃ cõtrariũ v̾tutis ineq̃lis. deinde dixit: q̄
teſtificãtia ei ſuꝑ illud ſunt libri p̃oris auguris: ⁊ ſiſius:
⁊ gerimõ: ⁊ artimidriſ: qui noĩat̃ foca: ⁊ alij eoꝝ ex famo
ſis auctoꝝ augurãdi. Sciui g° ex h̾ q̄ apud augurẽ arabi
cũ nõ ẽ diſcretio: ſʒ de greco ſciui q̄ apud eũ ẽ diſcretio:
⁊ q꞉ ẽ prudẽs in arte ſua. qδ eſt: q꞉ diuerſitas in arte cu
ius ſcia expit̃ expimẽto ſit ꝑ diſcretõem ſciaꝝ eius: ⁊ di
miſſionẽ diſcretõis ei⁹. Et q̃m ego iã ꝓceſſi ⁊ ſciui illδ ex
hippo. iudicaui illi auguri greco q̄ iudiciũ ei⁹ in volatu
auiũ ẽ magĩ ſil̾e vie artĩ. poſtq̃ʒ g° addidit nobis etiã cũ h̾
teſtimonia famoſoꝝ ex auctorib⁹ augurãdi credim⁹ pl⁹
ſmoni ei⁹. Poſtq̃ʒ vero erexit etiã ille arabs teſtimonia
multa ſuꝑ certitudinẽ ei⁹ qδ p̃miſit ⁊ iudicauit infirmis
enũciaui ei cãm in certitudine iudicij ſui eẽ ſm̃ pl̾imuʒ.
⁊ eſt: q꞉ ſi auis eq̃lis i volatu ſuo i lõgitudĩe ⁊ ꝓpinq̃tate
ĩdicat ſalutẽ viroꝝ: ⁊ auis cui⁹ volat⁹ ẽ ineq̃lis in lõgitu
dine ⁊ ꝓp̃quitate ĩdicat ſalutẽ mulieꝝ: ⁊ aues q̃rũ vola
tus i lõgitudĩe ⁊ ꝓp̃quitate ẽ ineq̃lis ſunt multe valde:
⁊ illa cui⁹ volat⁹ in illo ẽ eq̃lis ẽ vna tm̃: tũc nec̃io certifi
cat̃ iudiciũ ei⁹ in ml̾tis hõib⁹: ⁊ nõ v̾ificat̃ ĩ paucĩ. augur
v̾o grec⁹ addidit nobis iteꝝ diſtĩctões alias: ſm̃ q̃s oʒ vt
auis dextra q̃uis eq̃lis ſit ei⁹ volat⁹ in ꝓp̃quitate ⁊ lõgi
tudine ſignificet i q̃buſdã horis ſalutẽ infirmi: ⁊ ĩ q̃buſ
dã eaꝝ ipſi⁹ ꝑditõem. qδ ẽ: q꞉ ipe dixit: i molli: ⁊ cui⁹ ars
eſt ars mulieꝝ ſic̃ carmiatio lane q̄ ſal⁹ eoꝝ ſit ꝑ ſil̾e illi⁹
quo ſit ſal⁹ mulierĩ: ⁊ oñdit ide etiã q̄ meliores auctores
augurãdi ſcp̃ſerũt illud ĩ libris ſuis. ⁊ addidit nobis iteꝝ
cũ hoc diſtĩctões alias oñdẽtes q̄ illi arabi nõ erat ſcia
de aliquo eoꝝ. Et ego q̃dẽ non dixi hũc ſmonẽ niſi ꝓp̃t̃
ſmonẽ hippo. q̃ ſeq̃t̃ hũc ſmonẽ: q꞉ nõ expoſuit ipm ali
q̃s ſm̃ q̄ oportuit: neq̃ʒ ſmonẽ quẽ dixit etiã añ ipʒ: vbi
dixit: ⁊ pl⁹ illo: q꞉ nõ ẽ de cõſuetudĩe medicoꝝ vt inq̃rãt
de hmõi q̃õnib⁹: ⁊ ẽ poſſibile vt nõ iueniat̃ rñſio in illis
⁊ ſi ĩterrogẽt̃ de eis etiã. qδ ẽ: q꞉ hippo. quʒ oñdit exẽplũ
reꝝ ĩ q̃b⁹ cadit diuerſitas ſm̃ hũc modũ ĩtellexerũt q̃daʒ
hoĩes ſmonẽ ei⁹ illũ nõ recte de ptiſana hordei tm̃. ⁊ in
tellexerũt eũ q̃dã alij meli⁹ q̃ʒ iſti parũ de regimĩe egritu
dinũ acutaꝝ. ⁊ ĩtellexerũt ipm q̃dã de oĩ medicatiõe ab
ſolute. fuit g° ĩtellect⁹ iſtoꝝ melior ĩtellectu oĩm q̃ p̃ceſſe
rũt eos; veꝝ iſti nõdũ ĩtellexerũt ĩ ĩtellectu ꝯpleto. qδ ẽ:
cã quã inq̃rit hippo. ſic̃ dixit ẽ ĩ oĩ diuerſitate q̃ cadit in
oĩb⁹ artib⁹ q̃s expimẽto poſſibile ẽ expiri: ⁊ ſcit̃ ſcia certa
manifeſta: q̄ ẽ h̾ ſicut narraui ex ſmone qui hũc ſequit̃
ſermonẽ. 17

**Quoꝝ uidelʒ omiʒ adeo intẽdit̃ ſtu dium ut ĩfirmo ſanitatẽ ſano uero craſyʒ ⁊ honeſtatẽ cũ hũana uolũtate lucrẽt̃.**

**Quod eſt: q꞉ ſollicitudo eoꝝ in oĩ bus infirmis eſt magna in acqui ſitõe ſanitatis: ⁊ ſanis in cautela: ⁊ eis q ſtudẽt acq̃rere famã uel formã bonã i bõitate acq̃ſitõiſ ſue ⁊ i oĩ qδ uult hõ.**

Sermo iſte hippo. detegit errorẽ ei⁹ q̃ eſtimabat
q̄ queſtio hippo. quã dixit in ſermone q̃ eſt añ
ipm nõ ẽ niſi in ptiſana hordei tm̃: ⁊ qui exiſtĩat
q̄ ipa eſt in regimĩe egritudinũ acutarũ: aut in oĩ regimi
ne abſolute: ⁊ ſil̾r etiã ipe detegit errorẽ ei⁹ q̃ exiſtimat
q̄ ei⁹ queſtio in omni eſt ſanatõe. Illoꝝ quidẽ qui exi
ſtimãt q̄ ſermo eius eſt in ptiſana hordei tm̃: aut in regi
mine acutaꝝ egritudinũ: aut in regimine oĩm egritudi
nũ ẽ in eo qδ p̃miſſum ẽ. Dicit ergo in hoc ſermone: ⁊ ẽ
ſermo eius: Quod eſt: quia ſollicitudo eoruʒ in omnib⁹
infirmis eſt magna in acquiſitõe ſanitatis. quod ẽ: quia
omniuʒ infirmoꝝ ſanatio ab infirmitatib⁹ ſuis non eſt
per regimẽ tm̃: quoniã ex eis ſunt multi qui indigent ſa
natõe ꝑ manũ: aut medicatõe ꝑ medicinas. ⁊ pl⁹ illo ẽt
nõ ẽ poſſibile vt ſit ſanatio ꝑ vſũ ptiſane hordei tm̃: neq̃ʒ

eſt poſſibile etiā vt ſit ſermo eius iſte:in regimīe acutaꝝ
egritudinū tm̄:neqꝫ in regimīe oīm egritudinū abſolute
neqꝫ in diuerſitate que cadit in iſtis tm̄ : ſed in omni di-
uerſitate abſolute que cadit in omni arte que expimēto
expit̃.qđ ē:q̇a inuenit canonē vniuerſalē coēm in oībꝰ
artibꝰ: ⁊ in ipo ē expiētia reꝝ pticulariū. Et ex rebꝰ q̇dem
pticularibꝰ ē ī qua cadit diuerſitas ꝓpter ptiſanā ordei.
⁊ ſilr etiā ē diuerſitas que cadit ꝓpter regimē qđ nō fit ī
egritudībꝰ acutis tm̄:ſꝫ qđ ē etiā in egritudinibꝰ reliq̇s: ⁊
plꝰ etiā illo diuerſitas que cadit in omni ſanatiōe: ⁊ plꝰ
hoc ⁊ cōmunior ē diuerſitas que cadit in omni arte que
fit in corpe:q̄ꝫuis ſit etiā ꝓpter corpa ſanorū. qđ ē:quia
etiā iſti indigēt arte q̄.rectificet eos: ⁊ regat egritudines
eoꝝ:nō vt acq̇rat eis ſanitatē tm̄:ſꝫ vt cōſuet ſup eos ſa-
nitatē eorū: ⁊ ē illa in qua dixit hippo. ⁊ ſanis ī cautela.
qđ ē:qꝛ in ɔſeruatōe alicuiꝰ ē neceſſaria cautela. Et dixit
etiā hippo. ꝑ hāc inq̇ſitōem fit iuuamētū in acquiſitiōe
forme bone.qđ ē:qꝛ ſicut in ſanatōe egritudinū neceſſa-
ria ē inq̇ſitio hec de qua inq̇rit nūc hippo. Silr etiā eſt
cautela ſanoꝝ in cōſeruatōe ſanitatis eoꝝ: ⁊ ſtudiū eiꝰ q̇
ſollicitꝰ ē acq̇rere formā bonā indiget illo. Oēs ergo iſte
res ingrediūt̃ in artē q̄ ſollicita ē de eē corpoꝝ. Qđ autē
dixit hippo.poſt hūc ſermonē:cōprehēdit oēs artes. qđ
eſt:q̇a dixit: ⁊ omni qđ vult hō, nā augur etiā ⁊ aruſpex:
⁊ cātor: ⁊ rhetor: ⁊ vniuerſaliter oīs artifex ſcit ꝙ cauſa
diuerſitatis in arte ē res vna . ⁊ eſt vt ſumat vnuſquiſqꝫ
eoꝝ rē pticularē: ⁊ ponat eā vniuerſalē. Inde ē qꝛ ego n̄
ſciui diuerſitatē q̄ cecidit inter opifices augurādi: ⁊ non
iudicaui errorē eorū:niſi ꝑꝑ ſciaꝫ meā de hoc. Et ꝑꝑ hoc
dixi cām auguris arabici ⁊ greci ante.qđ ē: qꝛ rectifica-
tio oīs artis nō ē niſi ꝑ diſcretōeꝫ reꝝ pticulariū a rebꝰ
vniuerſalibꝰ. Qui.n. potēs ē diſcernē res iſtas: ē melior
artifex. Et ſicut rectificatio artis fit ꝑ diſcretōem haꝝ reꝝ
ſilr etiā ē iudiciū in ea.qđ ē:qꝛ opifex artiū errat qn̄ pōit
qđ accīt vni hōi vt trāſeat ſup oēs hoīes aut ſup plures
q̄ꝫ oporteat. Nā qđ nunq̄ꝫ accīt alicui hoīm nō īuenit̃
aliq̇s artificiū qui ꝑ mentē ſuā trāſire faciat: qꝛ ſit īuētū.
qđ ē:qꝛ diuerſitas vere nō ē niſi vt ſufficiat hōi ꝙ illa res
eſt ſicut exiſtimat:nō vt defraudet̃ ⁊ decipiat ⁊ pteruiat
querēdo victoriā:ſicut fecerūt multi quorūdā hominuꝫ
in aliquo poſt aliquid:ita ꝙ formauerūt ipm in ſeipſo e
diuerſo:q̄ꝫ ſit illud ſm ꝙ ē: ⁊ ſicut illi q̄ dicūt:qꝛ non de
claraẗ in aliqua duarū diſpōnū: an nos ſumꝰ vigilātes
an dormiētes: ⁊ intellectꝰ noſtri ſint fixi: an iam ꝑmixti
ſumꝰ. Qđ ſi cōceſſerit homo eis ꝙ illud ē veꝝ: dicunt ꝙ
nō eſt manifeſtū: que duarū ſniaꝝ ſit verior in ſermone
ſuo:vigilātes an dormiētes: ⁊ intellectꝰ nr̄i ſani:an per-
mixti.qđ eſt : q̇a tu nō inuenis aliquē hoīm q̄ dicat hūc
ſermonē apud quē nō ſit ſufficiētia:ꝙ illud eſt ita : neqꝫ
apud quē ſit opīo cadēſ in aīa ſua:immo nō dicit hmōi
ſermonē:niſi qn̄ intēdit ad cōtradicēdū ⁊ reſiſtēdū: ⁊ ac
cidit ſimile huic etiā in arte medicine.qđ eſt: quia quidā
preſumūt ad hoc vt faciāt accidē in ea res p̄ter ꝙ verifi-
cēt vel credāt. Et ex eis ſunt quidā qui inueniūt res me-
liores rebꝰ que inuēte ſunt antiquitꝰ: ⁊ nō fecerūt illud
niſi qn̄ intellexerūt accidēs qđ accidit vulgis:qđ narrat
hippo.dixit.n.ꝙ ē:qꝛ ipſi laudāt rē qn̄ ē extranea primi-
tiua : p̄ter ꝙ intelligāt eā ſm ꝙ ipa ē magis iuuatiua q̄ꝫ
res cōis de qua antiq̇tꝰ ſcit̃:qꝛ ē iuuatiua. Et ex hōibus
ſunt q̇dā qui regūt infirmos ita vt ſufficiat eiſ ꝑ illud qđ
facit eis fiducia de electōe vel delectatōe illiꝰ regimis:et
ſciunt ꝙ illud eſt deceptio ex eo ⁊ fraus. verūtn̄ ille qui
affert illud ſup eos eſt dilligēs cēſus ⁊ donū. Cum ergo
narraueriꝫ ex ſermone in diuerſitate:que nō ē niſi ꝑ ſmo
nē tm̄:ſicut diuerſitas que cadit inter hmōi hoīes:rema
net vt diuerſitas certa inuēta nō cadat:niſi qn̄ nō diſcer
nit̃ iudiciū.verū nō abſcīdit̃ ꝑ ipm:niſi aut ſup plꝰ q̄ꝫ op
aut ſup totū quum ſit eē eiꝰ ſil̃e. In hoc ergo etiā oportet
vt laudet̃ inſtꝰ hippo.in rememoratōe diuerſitatis certe
tm̄:que accidit ei qui conat̃ affirmare vere eſſe alicuiꝰ ar
tiū qn̄ exiſtimat illas res: ⁊ erigūt̃ in aīa eiꝰ alit̃ q̄ꝫ opor-
teat: ⁊ nō eſt illud ex eo ꝑ ſermonē tm̄ querēdo reſiſtē ci
ingenio:aut cū fraude ꝓpter quā decipiāt ꝓpter amorē
doni: ⁊ p̄ncipatꝰ: ⁊ aggregatōis cēſuū.qđ ē: qꝛ nō inue-
nis aliquē ex illis qui intēdūt vere expiri ſnīas expimē-
to recipe ſnīaꝫ Catonis: ⁊ cibare illū qui febrē hꝫ acutā
carnibꝰ aſſatis: ⁊ potare ipm vino: ⁊ cibare eos ꝑ ſitiꝫ do
nec ſit ꝙ in potu dat eis de aqua q̄ꝫtitas vncie. Nā cuiꝰ
diſpō eſt in hoc regimine: feditas eiꝰ ⁊ inſania ē in fine.
Et huiꝰ vſus ē ad vnā duaꝝ reꝝ:aut qn̄ q̇dā deceptores
vſi ſunt eo ꝓpter admiratiōem eiꝰ ⁊ ipſiꝰ ſanioſitatē: aut
qn̄ ipſi fuerūt in fine inſanie:ſi eſtimauerūt ꝙ ipſi verei
inuētōe ſua inuenerūt rectū. Qđ aūt ſcꝑſit hippo. Nō re
ctificat̃:vt intēdat ꝑ illud niſi intētiōem eius qui ſollici-
tus eſt vere affirmare aliquā artiū:qn̄ nō attrahit nocu
mētū malū quādo adminiſtrat̃ aliter q̄ꝫ oportet.qđ eſt:
quia in eo cuiꝰ diſpoſitio eſt hec diſpoſitio : diſcretio iu-
dicij expimēti eſt difficicilis:in rebꝰ aūt valde manifeſtiſ
iudiciū expimēti eſt facile . at vero iudiciū in diuerſitate
inter res inter quas eſt differētia parua: ⁊ inter illū quē
oportet nutrire aqua ptiſane ordei ex egris:qui egritudi
nes hñt acutas: ⁊ quē oportꝫ nutrire ptiſana ipſa: ⁊ quē
nō oꝫ nutrire aliquo hoꝝ duoꝝ:ſed regit̃ potu aq̄ tm̄:eſt 18
res ɔueniens ītellectui hippocratꝭ.

Ptiſana uero ordeacea merito me
iudice ſup omne de grano factuꝫ
cibariū in his acutis paſſiōibꝰ excellen
tiſſima habet̃: ciqꝫ qui eā p̄mo ac p̄ci
puū omnibꝰ aliis p̄tulit collaudādo aſ
ſentio. Primū quippe: q̇a utilis uiſco
ſa eſt ⁊ lenis: iūcta quoqꝫ ⁊ mollis nec
nō ⁊ lubrica tēperatāqꝫ hn̄s hūiditatē
ſitimqꝫ extiguit: atqꝫ ſi opus fuerit ab
lui facilius:nequāq̄ꝫ ptiſana ſtiptica: ⁊
nō ad tuſſim nec ad laborem furioſa:
nec inflat̃ in ſtomacho : nec acreſcit: q̄
utraqꝫ nimirū in decoctiōe dū in pote
ſtate haberet expleuit.

Ptiſana igit̃ ordei apud me recte
electa eſt ſup oēs reliquos cibos:
qui fiūt ex granis in iſtis egitudinibus
⁊ laudo illū q premiſit eā: ⁊ elegit ipāꝫ
ſup alia.qđ eſt:qm̄ in ipa eſt uiſcoſitas
cū qua eſt lenitas: ⁊ cōtinuitas: ⁊ mol
licies: ⁊ lubricitas: ⁊ humiditas eq̄lis
⁊ ſedatio ſitis : ⁊ uelocitas ablutiōis ſi
illud neceſſariū eſt etiā ex ea : neqꝫ ē in
ea ſtipticitas:neqꝫ ſtimulatio mala:ne
qꝫ inflāmat̃ ⁊ acreſcit i ſtō:qn̄ iā iſlatū

fuit ⁊ acruit in decoctione in ultimo ꝙ
poſſibile fuit in ea inflari ⁊ acreſcere.
Videt̃ mihi ꝙ illi qui poſuerũt deſcriptiões huiꝰ
libri aquã ptiſane hordei nõ legerũt tm̃ niſi hũc
ſermonẽ: ſicut illi qui poſuerũt iterũ deſcriptiões
eius in cõtradictiõe ſentẽtiarũ ptinẽtiũ illis de aſſidis: nõ
legerũt tm̃ niſi ꝓlogũ huius libri. qd̃ eſt: qꝛ iam oſtẽſum
eſt ex ꝓpoſitiõe ſecũda ſui ꝓlogi ꝙ hippo. nõ intẽdit in
ſermõe ſuo ↄtradicere medicis qui ſũt ex illis de aſſidis.
verũ ipſe non monuit niſi aſſiduationẽ in medicatiõe egri
tudinũ acutarũ. Sermo aũt ẽtius quez dixit poſt illud vſq;
ad hunc locũ eſt ex ipa arte regẽte egritudines acutas: ⁊
nõ eſt iuuamẽtum eius in illo tm̃: imo cadit ſup ſermõe
alio cõiore eo. Et ego quidem iam oſtẽdi in expoſitõe mea
qua expoſui librũ hippo. de reſtauratiõe ⁊ diſlocatiõe: ⁊
librũ eius de iũcturis: ꝙ de ↄſuetudine eius eſt vt ducat
hoiem ⁊ faciat eum ſtare ſup ſermões qui cadũt ſub ſer-
monibꝰ alijs cõiorĩbꝰ eis: ⁊ doceat eum res vniuerſales
in illis rebus in quibus intẽdit ad ſermonẽ: ⁊ ponat eos
loco exẽplorũ. qd̃ eſt: qꝛ qñ efficit hanc opationẽ nõ elon
gat̃ ab eo de quo inueſtigare intendit: neq; eſt qd̃ docet
hoiem ex rebus vniuerſalibꝰ occultũ etiã. ⁊ ſicut ipſe po
nit ſmonẽ ſuũ in ptiſana hordei: ⁊ inquirit de cauſa diuer
ſitatis que cadit in eſſe eius: ⁊ iudicio in ea: ſimiliter etiã
innuit in iudicio quo iudicat in toto illo regimĩe quo re
git egritudines acutas. qd̃ eſt: qꝛ diuerſitas que cadit in-
ter medicos in phlebotomia venarũ: ⁊ in mũdificatõe cũ
medicinis. ⁊ ſimilr̃ etiã in emplaſtris: ⁊ vaporatõe: ⁊ vſu
ſuppoſitorij: ⁊ clyſteris: ⁊ vſu vini: ⁊ hidromell': ⁊ balnea
tiõe in balneo non ẽ parua. Et hippo. quidez iam narrauit
totũ illud in hoc ſuo libro in canone vno: ⁊ dixit illd̃ an-
te. ⁊ eſt ſimile ꝙ auctores expientie qui ſeparãt inter res
particlares ⁊ inter res vniuerſales cuz differẽtijs nõ ſciũt
illũ canonẽ: ⁊ de cõſuetudine eorũ eſt vt nominẽt res qbꝰ
diſtinguũt inter rem cõem: ⁊ rem ꝓpriam ſeparatõez non
differẽtiã. Cõſideremꝰ ergo nũc in ſermõe hippo. In pti
ſana hordei. dixit eĩz: Mihi videt̃ ꝙ ptiſanã hordei rcte
eligerẽt medici antiqtus ſup reliquos cibos qui fiunt ex
granis in egritudinibꝰ acutis: ſignificãs per cibos qui fi-
unt ex granis cibos qui fiũt ex eis. Et nomen quidẽ gra
norũ cadit ſup frumẽtũ: ⁊ hordeũ: ⁊ miliũ: ⁊ reliq grana ẽt
ſicut lens: ⁊ fabe: ⁊ lupinus: ⁊ panicũ: ⁊ mes. i. faſeolus: ⁊
fenugrecũ: ⁊ orobũ: ⁊ triticũ paruũ: ⁊ cicer: ⁊ reliq grana
ſimilia iſtis. Oẽs ergo cibi ſũpti ex iſtis granis ſunt mali
apud vulgus: quoniã faciũt accidere velociter nocumẽ-
tum magnũ: excepto pane ⁊ candaruſo tm̃. ipſi eĩz cibant
ex eis vtriſq; hñtes egritudines acutas. ⁊ adhuc duo tm̃
oportz tibi vt cõpares ptiſanã hordei. qd̃ eſt: qꝛ lens ⁊ mi
liũ ⁊ fenugrecũ nõ dant̃ cibus infirmis in quibuſdã horis
niſi loco medicine ꝓpt̃ dolores quoſdaz qui ſunt in ven
tre: nõ ſm ꝙ ipa ſint cibi qui cibẽt eos. Dicit ergo hippo.
ꝙ ptiſana hordei recte eligit̃ ſup rliquos cibos qui ſunt
ex granis. Et mãifeſtũ eſt ꝙ eligit̃ etiã ſup candaruſuz: ⁊
panẽ: ⁊ grana ex quibus fit decoctũ que noiat̃ tharais. qd̃
eſt: qꝛ tu potes detegere errorẽ eorũ qui putãt ꝙ cãdaru-
ſum nõduz erat ſcituz in diebꝰ hippo. ⁊ paucitatẽ ſcientie
eorũ de illo: ex hoc ꝙ quidaz antiquorũ eorũ qui cõpoſuerũt
cantilenas que nominãtur comedie dixerũt candaruſuz
Et hippo. dixit etiã ipm̃ in libro ſuo de regimĩe. ꝙ ſi dixe
ris ꝙ ille liber nõ eſt hippo. tũc eſt aut Ruffini: aut Kai-
tis: aut Kilitis: aut Raſton: aut quorũdã antiquorũ. Ipſe
eniz ꝓportionat̃ mlt̃is. oẽs aũt iſti quos dixi antiqui fue
rũt: quorũ quidaz fuerũt antiquiores hippo. ⁊ quidaz in tẽpore
eiꝰ fuerũt. Ille vero cuiꝰ remẽoratõez facio in hac hora eſt

ex illis qui noiat̃ hoc noĩe. ſ. hippo. filius Euclidis: ⁊ eſt
ille q edidit hũc librũ. Sed Hidroda. ſ. hippo. filiꝰ Eradi
tali: quibuſdã homĩbꝰ videt̃ ꝙ nunq; edidit librũ: ⁊ quibuſ-
daz viſũ eſt ꝙ edidit duos libros tm̃: ⁊ ſunt liber algebra
⁊ liber de iũctur̃. Cauſa aũt ꝓpter quã elegit ⁊ ꝓpoĩt ptiſa
na hordei ſup reliquos cibos q fiũt ex granis ẽ mãifeſta
ex ſmõe hippo. quoniã dixit in ſucceſſiõe huiꝰ ſmõiſ. qd̃
eſt: qꝛ oẽs bõitates inuẽtas in ea in medicatiõe egritudi
nũ acutarũ nõ inueĩmꝰ in aliquo reliquorũ ciborũ: ⁊ certifi
cat̃ iudiciũ tuũ in illo: qñ facis trãſire p mẽtẽ tuã naturã
egritudinũ acutarũ: ⁊ vtutẽ ptiſane hordei. qd̃ eſt: qꝛ natu
ra egritudinũ acutarũ ſic dixit hippo. añ: eſt illarũ in quibus
febres ſz plimũ ſũt ſp aſſidue: ⁊ euẽtꝰ febris ẽ p altatiões
caliditat̃ ĩnate ad caliditatẽ igneã: ſic oñdit hippo. in lo
cis alijs: ⁊ in hoc libro etiã in ſmõe ſuo. qd̃ eſt: qꝛ ipa in-
cipit a pectore: ⁊ aſcẽdit flãma eiꝰ ad caput. ⁊ ſilr̃ etiã in-
ueĩmꝰ de ↄſuetudine eiꝰ in tractatibꝰ epidimiarũ eſſe: vt
noiet febrẽ magnã noĩe ignis: ⁊ ſignificat illd̃ apud ipz:
ꝙ nõ eſt natura eiꝰ ex ſubſtãtia alia niſi ſubſtãtia ignis:
nam ſi medici intẽtio nõ eſt niſi opponere ↄtrariũ cõtra-
rio: tũc ꝓpor curatio oĩuz febriũ oportz vt ſit regimẽ per
infrigidationẽ ⁊ humectationẽ: tũc eĩz erit curatio oppo
ſita nature ſe. q eſt calida ⁊ ſicca. qd̃ eſt: qꝛ ignis eſt cum
hac diſpõe. Et quoniã generatio febriũ acutarũ etiã fit ꝓpter
putredinez humorũ: tũc nõ oz vt ſit ſolicitudo tua ad hoc
vt digeras ex eis illud in quo poſſibil' eſt digeſtio: ⁊ eua-
cues ex eis qd̃ iam aduſtũ eſt: ⁊ egreſſuz eſt ad hoc vt in
eo ſit poſſibil' receptõ digõis ſolicitudo parua. Et ſi nece
eſt iterũ ei qui hẽt febrẽ acutã: vt ſit opatio cibi in corpore
ipius in vltimo bõitatis: ⁊ illud nõ fit niſi qñ cibus ẽ ve-
locis digõis: velocis deſcẽſiõis ⁊ penetratiõis: tũc aggre
gant̃ in hoc cibo oĩa que ſũt neciã. Audiamꝰ ergo nunc
ſmonẽ hippo. in vtute ptiſane hordei que ſit. dixit eniz ꝙ
eſt: quoniã in ipa eſt viſcoſitas cũ qua eſt lenitas. Eiꝰ aũt
qd̃ lene eſt diſpõ eſt ↄria diſpõi aſperi. aſperitas vero eſt in
omni acuto agrimõico: aut acetoſo: aut ſtiptico. Res igi
tur acrimoniã hñtes ſunt oẽs res aſpe: ſicut orobus ⁊ fe-
nugrecũ. Rerũ aũt acetoſarũ remẽoratiõez oportet nos di
mittere preter ſecaniabim tm̃. Res aũt ſtiptice ſunt: ſicut
pira ⁊ ſorbe: ⁊ omne qd̃ eſt ſilẽ eis. ⁊ ex granis: ſicut lens:
⁊ que eis ſũt ſilia. Videmꝰ ergo etiã ꝙ ptiſana hordei iu
uatiua eſt malicie rerũ aſparũ: quoniã in ea cuz viſcoſitate
ſua ſenſibili eſt lenitas etiã. ⁊ viſcoſitas eiꝰ eſt viſcoſitas
cõtinua: quoniã eſt ſimiliũ partiũ ꝓpter cõtinuitatẽ ſuã.
⁊ illud quidez nõ inuẽitur in aliquo generũ iuriũ. Et lauda
mꝰ ex ptiſana hordei etiã cũ hac laude magna mollicie;
eius: qũ lene ſit reſiſtẽs aſpitati ſm ꝙ eſt in virtute ſua: ⁊
ſua infuſiõe: ⁊ ſapore non abomĩabili: ſicut panis qũ co-
medit̃ purus ſolus pt̃er ꝙ infũdat̃ mlt̃ũ: quoniã quãuis
infũdat̃ etiã: tñ minuit̃ a bõitate ptiſane ordei. In ptiſa-
na eĩz hordei nõ eſt neciã maſticatio: ſz ſorbitõ tm̃: ſic illd̃
qd̃ bibit̃. Et in ipſa iterũ ẽ alia magna bõitas. ſ. lubricitas
ipius: ⁊ ꝓpe aqua eius: nam ipa trãſit in inceſſu ſuo p pe
ctus: pt̃er ꝙ in ipo remaneat ex ea aliqd: ſic remãet ex re
bus q retinẽtur ⁊ adherẽt. ⁊ hec quidez eſt res que accidit
oibꝰ rebꝰ viſcoſ ſz plimuz: excepta ptiſana hordei. Inde
eſt ꝙ inuẽis ſorbitiões factã ex tritico qd̃ noiat̃ candaru
ſuz viſcoſaz. verũtñ nõ eſt ei lubricitas. Ptiſanã vero hordei
inuẽis lubrificatiões facẽ ꝓpter illud ꝙ in ipſa eſt de abſter
ſiõe. Inde ẽ ꝙ medici qñ volũt ſtomachuz abſtergere ex
humore viſcoſo q in eo retinet̃ vtunt̃ vomitu cum aqua
ptiſane hordei: ſic faciũt illd̃ cũ hydromelle: ſz ⁊ terũt ipz
ferrarij vl' fabri errarij etiã crudũ: ⁊ liniũt cuz ipo faciẽ vt
abſtergat̃ per ipz: ⁊ deleat̃ ab ea malicia coloris q eſt in
cute. Per hãc ergo abſterſiõez q eſt ĩ ea fit iuuamẽtũ in

deſcēſiōe ei⁹ ⁊ penetratōe ipſi⁹ ad mēbꝝ: ⁊ ꝓpe qñ neceſ-
ſaria ē penetratō cibi a latere cōcauo epatꝭ ad latus eius
gibboſuȝ. qđ eſt: qꝛ oēs res q̄ generāt chimū groſſuȝ viſ-
coſū adherēt illic ⁊ retinēt. Et pp̄ hoc fit ꝙ triticū qđ vo
cat candaruſū nō ſolū nocet illi cui⁹ hoc mēbꝝ ē īfirmū:
imo nocȝ etiaȝ illi cui⁹ mēbꝝ nō ē īfirmū ſȝ meat⁹ epatis
eius nā ſūt ſtricti. Nā cui⁹ diſpoſitō nā. i. nālis ē h̄ diſpō:
omnis res q̄ adherēt groſſi chimi tenētur: ⁊ adherēt eis
illic. ⁊ pp̄ h̄ ſētit apud penetratōȝ illaꝝ reꝝ cui⁹ diſpō ē h̄
diſpoſitō grauedinē i hoc mēbro. Et cū h̄ etiā qñ i viſco
ſitate ptiſane hordei ñ ē hūiditaſ ſupflua ſic̄ i aq̄ ⁊ hydro
mel: ⁊ ſorbitio facta ex tritico qđ noiat̄ cādaruſū ⁊ qđ fit
ex ouiſ cū ſpēb⁹ ꝯdiētib⁹. qđ ē: qꝛ omnes iſte res mollifi-
cāt ſtomachū ⁊ faciūt nauſeā: ita ꝙ ſētit īfirm⁹ illā nau-
ſeā. In ptiſana vͦ hordei. cū hūiditate ſua ⁊ humectatio
ne ē h̄: qꝛ nō facit nauſeā. Et itellige a me i h̄ loco ſmo-
nē meū: ſtomachus: ꝙ currit ꝯſuetudo in intellectu ei⁹ ñ
meri tñ ſȝ os ſtomachi etiā. nā qñ eſt os ſtomachi ꝯbile
mollificatū morat̄ qđ ꝯmedit̄ natās ſup ipm ſpacio lon
go. Sȝ qñ ꝯfortat̄ pp̄ quoſdā cibos ꝯfortatiuos ꝯducien-
teſ ſtomacho: ⁊ expellit̄ ab eo qđ fuit retētū i ipo ē quod
accidit in ipo ꝯriū huic accidēti. qđ ē: qꝛ hūiditas ſupflua
q̄ ē i ipo expellit̄ ab eo ſtatiȝ: ⁊ digerit illū cibū expulſuȝ
ſm hāc diſpōnē: ſicut qđ natat ex cibo ſup os ſtomachi
morat̄ idigeſtū: ⁊ neqȝ deſcēdit ⁊ egredit̄ peit⁹. qđ eſt: qꝛ
opatio huius mēbri non eſt niſi deſideriuȝ: nō digeſtio.
Qui aūt ex cibis eſt ſtiptic⁹ cū h̄ ꝙ ipe ꝯfortat os ſtoma-
chi: ⁊ agregat ipſū ⁊ rigiduȝ ipm facit exſiccat ipȝ etiā pl⁹
q̄ȝ mēſura eq̄l̄ ſit. Aq̄ ⁊ ſorbitō facta ex tritico qđ noiat̄
cādaruſū cū hūiditate ſua faciūt accidē nauſeā. In ptiſa-
na aūt hordei cū eo qđ ē i ea de bonitatib⁹ reꝝ humectā-
tiū nō ſūt nocumēta mala q̄ ſūt in illiſ. Deinde hippo. di-
xit in ea p⁹ illđ etiā ꝙ ē ſedatiua ſitis: gͦ teſtificat̄ ei iſte ſ-
mo iuuamētuȝ magnuȝ valde in eo qđ ex egritudinibus
acutis ē adurens exſiccāſ corp⁹. Ptiſana ergo hordei in-
uenit̄ in h̄ caͦ. pl⁹ iuuatiua q̄ȝ hydromel: q̄ȝuis velocitas
ablutōis de q̄ dicit p⁹ illđ qꝛ ē iuenta i ea ē ei ſicut eſt hy
dromelli. Et ſi cōparaueris ptiſanaȝ hordei hydromelli:
īuenies eam meliorem ipſo in egritudinib⁹ acutis. Ve-
runtñ oñdā hoc qñ ꝓcedā in ſermōe meo. Iā ineſt aūt
mihi vt ꝯpleā ſmōeȝ i ptiſana hordei. qđ ē: qꝛ hippo. di
xit i ea: qꝛ ē velocis ablutōis: ⁊ addidit ad hūc ſermonē:
ſi neceſſariū ē illđ ex ea. Inceſſit gͦ in ſermōe ſuo ad hoc:
ꝙ nos nō idigem⁹ i omnib⁹ egritudinib⁹ acutꝭ cibo velo-
cis ablutōis. qđ eſt: qꝛ reliq̄ bōitates q̄s narraui de pti-
ſana hordei ſūt iuuatie i omni hora i oīb⁹ egritudinib⁹
acutis. ꝑ velocitatē aūt ablutōis fit iuuamētuȝ qñ volu-
mus lenire nāȝ qñ ciboꝝ quos īfirmi ſuſcipiūt tardat̄ deſ
cēſus ⁊ exit⁹. Non ē ergo velocitas ablutōis res cuius
diſpoſitō ſit ꝯtraria diſpōi febris: neqȝ ſicut vna ſpecieꝝ
medicatōis cōuēientꝭ ei: ſed ē ſicut res rectificās q̄dā ac-
cidētia cōſequētia eaȝ. Deinde hippo. dixit p⁹ illđ: Et nō
ē in ea ſtipticitas: neqȝ ſtimulatio mala. Et māifeſtū q̇dē
ē ꝙ ſermo ei⁹ iſte eſt i viſcoſitate ptiſane hordei. qđ ē: qꝛ
icipit loq̇ i ea cū h̄: ⁊ i ꝓuatōe ei⁹ a ſtipticitate ē iuuamtū
ſm plurimū. qđ ē: qꝛ tu nō iuenis aliquē q̇ vtat̄ aliq̄ reꝝ
ſtipticaꝝ niſi pp̄ accidēs ꝙ faciat nauſeā: aut apud ſup-
fluitatē lenitatis nature. qđ ē: qꝛ cibi ſtiptici agregāt cor-
pora ⁊ ſtrīgūt ea: ⁊ cogūt meatus cibi: aut ꝙ penetrat in
corpe: ad h̄ vt coartent̄: ⁊ ꝓhibēt reſolutōeȝ que occultat̄
a ſenſu: ⁊ illud quo fit iuuamētuȝ i hoc ē vt ſint meatus
in aliquo mollificati ⁊ apti. Sermōis aūt eiſ itētō: Et nō
eſt in eo ſtimulatō mala: ē qꝛ nō facit accidere i hora di-
geſtōis ſue aliq̇d ſtimulatōis. lauſ ergo ei⁹ eſt qui laudat
ptiſanā hordei: ⁊ h̄ ē nocumētū qđ fit in pluribuſ ciboꝝ.

qđ eſt: qꝛ q̇daȝ eoꝝ faciūt accidere in ventre mordicatōeȝ
⁊ q̇dam eoꝝ inflāt: ⁊ quidā eoꝝ ſūt cōpoſiti ex ꝑtibus ad
inuicē reſiſtētib⁹. Inuē m⁹ eiȝ hec duo in lēte ⁊ caule. qđ
eſt: qꝛ corp⁹ cuiuſqȝ hoꝝ duoꝝ ē ex reb⁹ q̄ retinēt naturā
aqua aūt qua coquūtur ē ex reb⁹ apitiuis ſubtiliātib⁹ eaȝ
ſicut accidit illis q̇ cibos bonos efficiūt cuȝ ſale. qđ eſt: qꝛ
bonū qđ fit ex cibis ſm hūc modū fit diſſiliuȝ ꝑtiū adin-
uicē reſiſtētiū: qñ de aptitudine cibi eſt vt moret̄ ⁊ diffi
cil̄ fiat ei⁹ deſcēſio: ⁊ res q̄ cū eo ꝑmiſcent̄ feſtināt ad exi
tū velociter: ⁊ ſil̄r etiā ouū qđ ſumit̄ cū ſale: aut almuri:
aut melle. In cibo eiȝ ex iſtis cōpoſito vͭtutes exiſtūt cō-
trarie: ⁊ ſimil̄r oīa iura: niſi parua ex eis. Et pp̄ illđ dixit
hippo. in ꝑ̄ncipio ſmōis ſui: qñ laudauit viſcoſitatē ptiſa
ne hordei: ꝙ ipa eſt ꝯtinua. ſȝ nō eſt poſſibile illud eē ita
ꝑter ꝙ totū ſit ſil̄iū ꝑtiū. nūc aūt ſcripſit cuȝ ſmōe ſuo: ſti
mlatō mala: ⁊ nō dixit abſolute ꝙ ptiſana hordei nō ha
bet ſtimulatiōeȝ: imo addidit ad illū ſermonē ſuū mala.
qđ eſt: qñ nō inuēis aliq̄ȝ ex reb⁹ q̄ ſit cōtraria digeſtiōi
ciboꝝ plus hac actiōe: ita ꝙ oēs q̇ ſcripſert̄ de cibis dixe-
rūt ꝙ res ciboꝝ diuerſoꝝ: ⁊ ꝓpe qui ex eis ſūt cōpoſiti ex
virtutib⁹ ꝯtrariꝭ ē res nociua valde: qñ ꝓhibeāt ſtoma
chū cōprehēdere cibū: ⁊ retinere donec digerat̄ digeſtio
ne aliq̄ cōpleta. Et nos q̇dem inuēim⁹ hoc etiā in exerci
tātib⁹: ⁊ q̇ vtūtur lucta ſȝ ſemitā que oꝫ. nā ipſi comedūt
in mane in ꝑ̄dio ſuo paneȝ tñ: ⁊ comedūt in veſpe vel
in cena ſua carnē. Et ſi non eēt ſcia mea ꝙ tu potes inuē-
re res iſtas ex libro nr̄o de vͭtutib⁹ naturalib⁹: loq̄rer in
eis plus hoc ſmone: nā ſi tu nō legeris in illo meo libro
tūc ſtudiū tuū in legēdo hūc librū eſt vanū. ⁊ pp̄ hoc ego
abſcindo ſmonē meū in ſtimulatiōe: ⁊ ſum ꝑueniens ad
exponēdū aliud qđ dixit hippo. vbi loq̄t̄ de ptiſana hor-
dei: qꝛ non inflat̄: neqȝ acreſcit in ſtomacho. qđ eſt: qꝛ qñ
ſciuit ꝙ mlͭi hoīes vituꝑāt inflationē ptiſane hordei: ad
didit in ſermōe ſuo ⁊ dixit ꝙ eſt: qꝛ inflat̄ ⁊ acreſcit in de
coctiōe in vltimo: qđ poſſibile eſt vt inflet̄ ⁊ acreſcat. Si
gnificauit ergo ꝑ ſmonē ſuū hūc vituꝑatōeȝ: qua vitupa
tur ptiſana hordei: ⁊ enūciauit rñſiōeȝ i ea: ⁊ narrauit de
coctōeȝ ei⁹: ⁊ eſt ſm ꝙ ipē ſcripſit in decoctōe ei⁹: etiaȝ in
ſequētib⁹ plus hoc. verūtñ mihi videt̄ vt reiterē ſmōeȝ
meū de ptiſana hordei ſȝ illud. Dico gͦ ꝙ ſi decoq̇s ptiſa
nā hordei ꝯcoctōe valde bona: feciſti iam cibū nō inflati
uū. Sorbitionē aūt ex fabis factā: ſi trib⁹ coxeris dieb⁹:
non eſt tibi poſſibile vt eius inflationē ab ea remoueas.
qđ eſt: qꝛ inflatio ei⁹ ieſt ei ex ſubſtātia ei⁹ ꝓpa: nō ex di-
minutōe ꝯcoctōis ei⁹: ſicut ptiſane hordei. Inde eſt ꝙ tu
inuēis de ꝯſuetudine eoꝝ qui coquūt eam eē: neqȝ exq̄ſite
faciāt illud: ⁊ ꝓpe coci diuitū. Ipſi eiȝ ꝯterūt fabā crudā
ſup tabulā: deide calefaciūt eā poſt illud paululū: ⁊ mit
tūt eā dñis ſuis nō decoctā decoctiōe decēti. verūtñ ego
loq̄r ſic̄ dixi in ꝯcoctiōe ptiſane hordei in ſeq̄ntib⁹. Nūc
vͦ poſtq̄ȝ hippo. ſignificauit vͭtutē ptiſane hordei: ſequit̄
illđ cū deſcriptōe vſus ei⁹. Et ego ſuȝ veniēs iteꝝ ſup illđ
poſtq̄ȝ ꝓceſſero ⁊ tibi ānūciauero: ꝙ ego ꝯfido ꝙ cōple
bo ſmōeȝ meū in cōparatōe iter ptiſanā hordei: ⁊ hydro 19
mel: ⁊ reliq̄s res manētes in ſeq̄ntibus.

Quapropt̄ qñ eā in his morbis cō
gruā dixeriȝ exhiberi: cauēdū eſt
ut nec una die uenaſ exinanire ꝑmittas
ſed abſqȝ ulla intpolatōe dare non deſi
ſtas: niſi fortaſſe qñ potiōe uel clyſteri
fuerit neceſſe.

Non ergo oꝫ uniuerſal̄r ei q utitur

ptiſana hordei in his egritudinibus ut utatur euacuatione uenarū: neq̄ die una: ſꝫ utat̃ ea: ⁊ nō īteꝑolet eā: niſi in digeat illo plus per potū medicine: aut uſum clyſteris.

H In hoc ſermōe incipit hippo. ſoluere q̄ōem quā inq̄rit. verūtn̄ non vtit̃ illo niſi ſmōe diminuto. occultat̃ ergo ſmo eius per hāc cām: Conabor ergo enūciare ꝑ quā diſpōez: ꝓpē qū dicit̃ iſte ſmo: non eſt in eo occultatio: ⁊ iterabo q̄ōem a ꝑncipio ſui. Et ipſa quidē eſt ſꝫ hūc modū: que eſt cā in diuerſitate inter me dicos: ita vt q̇dā eoꝝ vtūtur in egritudinib⁹ acutis aqua hordei: ⁊ cū ea fece ei⁹: ⁊ q̇dā eoꝝ aqua tm̄: ⁊ q̇dā eoꝝ nō vtūtur aliquo hoꝝ duoꝝ vſquequo vēiat criſ. Hec eſt g̊ queſtio. In r̄nſiōe aūt ei⁹ ſile vt audias eam: Nam q̇daꝫ eoꝝ qui hn̄t egritudinē acutaꝫ ledit̃ aqua ptiſane hordei plus: ⁊ q̇dā eoꝝ ledit̃ ptiſana ipſa: ⁊ quoſdā eoꝝ nō ledit aliq̄ eaꝝ. vnūquēq̄ g̊ inuēim⁹ medicoꝝ feſtinare in affir matiōe iudicij ſuꝑ oēs patiētes egritudines acutas: ꝑter q̄ expiant̃ illud in oīb⁹ eis. Et ego q̇dē ſum diſcernēs in ter eſſe iſtoꝝ infirmoꝝ: qui eoꝝ iuuant̃ cū ptiſana hordei: ⁊ qui eoꝝ iuuant̃ aqua eius tm̄: ⁊ qui eoꝝ nō indigēt ali quo hoꝝ duoꝝ. Dico g̊ q̄ indiget ipſa ptiſana hordei: qui hēt egritudinē acutā: ex eis q̇ nō indigēt medicatōe alia ante vſum ptiſane: ſicut phlebotomia: ⁊ ſolutōe vētris: ⁊ alijs eis ſilibus: neq̄ hēt accn̄s ex quo timeat̃ ſuꝑ eū ꝑdi tio: aut ledat ipſm. Aqua aūt ptiſane hordei nō nec̄e ē vti eū qui hēt aliq̄d iſtoꝝ ex quo timet̃ ſuꝑ eū. ⁊ qn̄ oꝫ nec̄io vt phlebotomes eū: aut ipſm ſoluas: aut ſedes dolorē ab eo quē hēt: tūc non oꝫ vt des ei aliq̄d ex ptiſana hordei: neq̄ aqua ei⁹ donec facias cū eo illud. Hoc enim eſt q̄ꝺ oportuit hippo. ꝑus ſcribere: deīde incipe a reb⁹ ꝑticula rib⁹ in vnoquoq̄: ⁊ loq̄ in eis: ſi fuiſſꝫ ei⁹ intētio exponē ſermonē ſuuꝫ. ⁊ qn̄ nō fecit illō occultat̃ ſmo ei⁹ nec̄io: ꝓpt̃ea q̄ ꝑijcit̃ ex eo ordo ſꝫ quē oportuit vt ordinaret̃. verūtn̄ nobis ꝯuēiens eſt poſtq̄ ſeq̄mur veſtigia ſermo nū eius: vt addam⁹ vnūquēq̄ hoꝝ ad ꝑncipia ⁊ radices: quoꝝ ꝑmiſim⁹ remēorationē: ⁊ intēdam⁹ in ꝑmis ad ex ponēdū hūc ſmonē quē ꝑmiſim⁹. ⁊ oꝫ q̇dē vt audias ſer monē meū in illo: ſm q̄ ego interꝑtor ſmonē ei⁹: ⁊ dico ipſm ſua dictiōe poſtq̄ addidero in eo quādā additionē vt verificet̃ ⁊ certificet̃. Dico g̊ q̄ ꝯuēit omi infirmo qui vtit̃ ptiſana hordei in iſtis egritudinib⁹. Et ego q̇dē dicā poſt paululuꝫ qui īfirmi indigēt ptiſana hordei vti vt nō vtant̃ vniuerſal̃r euacuatiōe venaꝝ: niſi īdiguerit illo ꝑꝑ potū medicine: aut vſum clyſteris: tūc enim ſeq̄tur vſum ei⁹. Iſti enim q̄uis des eis ex ptiſana hordei bis qn̄ indi ges illo: tn̄ tu recte inuēis in oꝑatiōe tua q̄ oꝫ vt ſit quā titas quā das eis ex eis ſm q̄titatē corꝑis. Ego q̇deꝫ nar rabo accn̄tia: in q̇bus qū ꝯſideraueris: vteris in eis ſolu tiōe vētris: aut minutiōe: aut vaporatōe: aut emplaſtro. Si g̊ in h̄ ſmōe ꝑmiſiſſet hippo. ⁊ dixiſſet illud: deīde re diſſet poſt illō ad vnāquāq̄ diſtictōez ei⁹: ⁊ expoſuiſſet eas per ordinē: qui nec̄ius erat nō eēt ſmo ei⁹ occultus. Nūc aūt qū ipſe nō intēdat niſi narrare q̄ꝺ accidit ſꝑ do nec remanet ſermo eius per hāc cām ſpacio lōgo ſimilis ſmōi clauſo: tūc nec̄io occultat̃ ſmo ei⁹. Et tu ſcies certi tudinē ſmōis mei qn̄ inuēies ſmōes ei⁹ ꝑticl̄ares expo ſitos: ⁊ inuenies ſermōis eius ſūmā inordinatā occultaꝫ ꝓpter illam cauſam. 20

S I ergo eger bis ī die ſumere cibū ꝯſueuit: bis ⁊ ptiſanā dabis ſil̄r. q̄ ſi ſemel: ⁊ ſemel ꝑma die. poſtmoduꝫ ſi poteris bis aſſueſce: ſi illuꝫ repleri ui deris neceſſe habere.

Q Ui auteꝫ ꝯſuetus eſt in die bis co medere: oꝫ ut des ei ptiſanaꝫ hor dei bis. ⁊ ſi ꝯſueuit comedere ſemel: oꝫ ut des ſemel ei in die prima: ⁊ gradare ipſm ſi eſt poſſibile: ita ut recipiat ex ipſa bis: qū uides q̄a indiget additiōe.

D Ixit q̄ oꝫ vt cibent̃ bis: qn̄ ꝯſuetudo in regimīe eoꝝ cucurrit cū illo. ⁊ qn̄ indigēt ſumē illō bis: tūc oꝫ vt des ēt ei illud bis. q̄ ſi ꝯſuetudo cucur rit vt comedat ſemel: tūc īcipe eis dare ſeml̄: deīde ꝑmu tare ab illo paulatiꝫ vſquequo cibes eos bis. nam ſermo eius: Et gradare eum: nō ſignificat niſi hoc: ⁊ illō eſt ſm hūc modū: ⁊ eſt vt des ei in ꝑma vice totū quo indiget in illa vice. qūq̄ in ſecūda fuerit vice: da ei ex eo q̄titatem paruā valde: deīde adde in illo poſt paulatiꝫ vſquequo equet̃ cib⁹ in q̄titate. Hui⁹ ſmōis certitudo nōdū oñdi tur ei q̇ legit hūc libꝝ: qm̄ hippo. nondū ſignificauit qui egri iuuāt̃ ꝑ vſuꝫ ptiſane hordei. verūtn̄ ꝓpt̃ea q̄ ꝑceſſi ⁊ dixi q̄ hippo. nō voluit ꝑ h̄ niſi regimē ei⁹ cui⁹ egritudo eſt egritudo trāquilla q̇eta. oñdaꝫ eīꝫ paꝝ poſt q̄ hippo. etiā voluit ꝑ illō h̄. Hec ē g̊ intētio ſmōis quē ꝑmiſim⁹ vt exponerem⁹ ipſm. Nos v̊o hoīes ml̄tos inuēim⁹ ſcrip ſiſſe eū ſm hūc modū: ſit q̇ ꝯſecut⁹ eſt comedere in die ſe mel: oꝫ vt des ei illō in die ꝑmo ſemel cū gradatiōe. q̄ꝺ ſi poſſibile eſt in iſtis etiaꝫ vt des eis illō bis: tūc da eis il lud bis: ſi vides q̄ indigēt additiōe. verūtn̄ non intelligit ex h̄ ſmōe aliq̄d. q̄ꝺ eſt: q̄ ſmo ei⁹ in die ꝑmo cū grada tiōe non eſt poſſibile vt ſit: qm̄ de aptitudine gradatiōis nō eſt: niſi vt ſit in eo q̄ꝺ ſumitur multotiēs: nō in eo de quo ſumit̃ ſel̄: neq̄ in ꝑncipio rei ēt ab ipſo die ꝑmo. 21

I Taq̄ ꝑmo hoc mō uel hui⁹ quāti tatis dandū ē: q̄ꝺ nec ml̄tuꝫ: nec paꝝ fuerit: neq̄ groſſuꝫ: uel nimis ſub tile fuerit: ut uidelicꝫ corpori ea q̄ non fuerint neceſſaria ⁊ ꝯſueta introducan tur: nec uene nimiū exinaniātur.

E T oportet ut detur infirmo in ꝑn cipio quātitas nō ml̄ta neq̄ groſ ſa: ſed ut euēiat corpori aliq̄d ꝓpt̃ ꝯſue tudineꝫ: neq̄ ſuꝑfluat in eo euacuatio uenarum.

E T ꝯſideraꝝ q̄ꝺ dixit hippo. in h̄ ſmōe ille q̇ eſti mabat: q̄ īplebat īfirmos: qm̄ ipſe in omi die ci babat īfirmos ptiſana hordei: q̇ nō ſūt ſm aliq̄d erroris nō ig̃raꝫ ſeipſm. q̄ꝺ ē: q̄ ipſe nō ꝑcepit vt in potu det̃ infirmo de aqua ptiſane hordei: niſi q̄titas q̄ vēiat corꝑi aliq̄d ꝑꝑ ꝯſuetudinē: ⁊ nō ſuꝑfluat in vacuitate ve naꝝ. Si aūt ꝯſiterent̃ q̄ q̄titat̄ q̄ dat̃ eis in potu ō aqua hordei in omi die bis vſq̄ ad diē ſeptimū: ⁊ ē pōd⁹ decē ⁊ octo aureoꝝ: in oī vice v̊t⁹ eſt mior ml̄tū q̄ cib⁹ quo ipſi cibāt īfirmos in vice vna: tūc mihi videt̃ q̄ ipſi abſtinerēt ab alienatiōe .i. iutili reꝑhēſiōe cōtra hippo. verūtn̄ ego oñdā h̄ poſt paululū. Nūc āt ego exponā ſmōeꝫ hippo.

in ꝑncipio rei.qᷓ eſt: qꝛ ipſe nõ vult per ſermonē ſuū: in
ꝑncipio rei:in ꝑncipio egritudinis:imo ꝯuēit tibi vt intel
ligas ab eo ex ſermõe ſuo:in ꝑncipio rei: intētõez aliã cõ
muniorē hac intētiõe. qᷓ eſt:qꝛ oꝫ tibi qñ vides in ꝑmis
ꝙ infirmꝰ ĩdiget ptiſana hordei vt des ei ex ipa q̃ꝫtitateꝫ
nõ multaꝫ neqꝫ groſſaꝫ. Hippo.eiꝫ facit cauere ſꝑ ex h̃ vt
impleat̃ corpus:aut euacuet̃ multū ſubito. 22

SEcundo uero ſi eger ſiccioꝛ ſit q̃ꝫ
oportcat:nõ multū iuris dãdum
eſt: ſꝫ ante illud aquã mellitã ꝓpinãdū
ſiue uinū: utruꝫ uidelicꝫ ꝙ iuuatiuū ui
deris eſſe. utrū aūt iuuãtius ſit in ſeq̃n
tibus explanabimus.

QUãtitas autē que datur infirmo
de ſorbitiõe in uice ſecūda: ſi egri
tudo fuerit ſiccioꝛ q̃ꝫ opoꝛtꝫ:non opoꝛ
tet ut ſit multa: ſꝫ eſt neceſſe ut ꝑcedat
⁊ bibat anteq̃ꝫ ſumat ſorbitõeꝫ:aut hy
dromel:aut uinū quodcūqꝫ amboꝝ ui
deris magis iuuatiuū. Et ego qdē enū
ciabo magis iuuatiuū in unaquaqꝫ diſ
poſitionū in ſequentibus.

Clarificauit Gal. intētiones i h̓ libro ſuas dicēs Nos n̄ dicem⁹ i eo niſi ſūmas ei⁹ qȯ declaram⁹ ſm expōneȝ i alijs libriſ: ⁊ iſte ſūme ſūt ſicut ꝯclōnes ei⁹ qȯ eſt i illis libris. Intelligim⁹ g̊ ab eo q: nō ſunt ꝯclōnes: ſ₃ ſunt ſilēs ꝯclōnib⁹. ⁊ ipſe q̇deȝ ſupfluitate ſiue ſolertie ⁊ bonitate ſue ſcie dixit hunc ſmonē. ⁊ ſi ipē dixiſſet ꝙ ſūt ꝯclōnes: tūc doctrina ei⁹ cucurriſſ₃ nō ſm ordinē. Qui g̊ exiſtiat ꝙ ſūt ꝯclōnes: tūc nō intelligit a viro Et q̄ dic̄ ꝙ ſūt fruct⁹ illoꝝ libroꝝ: tūc iaȝ elōgat̄ valde ab itellectu Gal. qm̄ fruct⁹ ſūt id i q° fit iuuamtū ex ill' libꝛ Et Gal. q̇deȝ narrat hāc intentionē: vt dirigat mentē ꝑfecti ⁊ diſcipuli ſil' verſus iuuamētū qȯ fit cū eo: qȯ ē in hoc libro. ꝑfecti q̇deȝ: q: firmāt i mente ſua canones huius artis: ⁊ facit eū rememorari ei⁹ qȯ forſitan obliuiſceret̄ in diſpōne ſenij. ⁊ diſcipuli q̇deȝ: qm̄ fac̄ qȯ eſt i hoc libro art' medicine inuentū ei potentiā ꝓpinquā ex apparitiōe ad actū. Qum g̊ incipit operari aliq̇d opationū ſuaꝝ: ⁊ aſpicit i aliquo ꝑticulariū ſuoꝝ qȯ erat i eo occl'tū ponit ad effectū: g̊ cōplet̄ ei ꝑ vſuȝ art' medicine.

Finit ꝓlogus: Incipit tractatus.

I

Medicina eſt ſcientia ſanoꝝ egrorū ⁊ neutroꝝ.

Dico ergo ꝙ medicina eſt ſcia reꝝ ꝑtinentiuȝ ꝯtinuataꝝ cū ſanitate: ⁊ cū egritudine ⁊ cū diſpōne in qua nō euadit homi ſanitas neq̧ egritudo.

Hec eſt diffinitio ſubſtantial' medicine. qȯ eſt: q: determiat intentionē art' medicine ꝑ res eēntiales. Gen⁹ quidē ei⁹ eſt iſte ſmo ei⁹: Scientia reꝝ ꝑtinentiū ꝯtinuataꝝ: nam ſcia hāꝝ reꝝ eſt gen⁹ oīuȝ artium factaꝝ a p̄ncipijs ſumpt' ex ſcia nāli: ſicut agricultura ⁊ curatio beſtiarū: ⁊ paſtoral' ſcia aīaliuȝ: ⁊ medicina. Et differētia ei⁹ eſt ſmo ei⁹ cū ſanitate ⁊ egritudīe: ⁊ cū diſpōne i qua nō euadit homī ſanitas neq̧ egritudo. hec enī dr̄ia diſcernit eēntialr̄ artem medicine ab oībus artib⁹ factis a p̄ncipijs ſumpt' ex ſcia naturali. Et dictōes quidē hui⁹ diffinitōis ſunt diminute. diminutionē vȯ eaꝝ occultauit Gal. in iteratōe ſua q̄ iterauit lr̄aȝ. b. dicūt ꝙ lr̄a b: apud arabes ſignificat cum p⁹ ⁊: ꝯiūctōeȝ. ⁊ in h̓ ꝙ ſel' remēorat⁹ eſt hoīs: ⁊ qū manifeſte fuerit oēs dictōes aſſūpte i ea ē ſ₃ h̓: medicia ē ſcia reꝝ ꝓportionataꝝ ꝯtinuataꝝ cū ſanitate hoīs: ⁊ reꝝ proportionataꝝ ꝯtinuataꝝ cum egritudīe hoīs: ⁊ reꝝ ꝓportionataꝝ ꝯtinuataꝝ cum diſpōne in q̄ non euadit hoī ſanitas neq̧ egritudo: qȯ generi medicine ꝓpinquo eius eēt nomē: ⁊ differētie ei⁹ nomē aggregaſſ₃ Gal. duo nomīa ⁊ ꝯiunxiſſet ea cognitōe diffinitōis. reꝝ ꝑpea ꝙ nō fuit generi ei⁹ illud neq̧ dr̄ie ipſi⁹ vtit̄ his noīb⁹ vt itelligat̄ ex eis itentio gener' ꝓpinq̄ eius: ⁊ dr̄ie que diſcernit eaȝ eēntialr̄ ab alijs artib⁹ ordinat' ſub genere ei⁹. putat̄ aūt ꝙ in hac diffinitōe eſt aſſumptū qȯ eſt ꝯ̄traiuȝ ſmoni Ariſ. in p̄dicamēt': ꝙ ſanitas ⁊ egritudo ſūt duo ꝯ̄traria int̄ que nō eſt mediū. at vȯ de diſpōne q̄ nō eſt ſanitas neq̧ egritudo: putat̄ ꝙ ipſa ē media int̄ eas. Quidā aūt affirmāt inuentionē hui⁹ diſpōnis ꝑ alterationē tm̄ corpoꝝ ex ſanitate ad egritudinē: ⁊ ex egritudīe ad ſanitatē. hec enī alteratio tranſit ꝑ mediū quod eſt diſpō tertia: qȯ ſi

iſti intelligerēt ab Ariſ.in pdicamētl:ꝛ a Gal.ſ3 ꝙ dicūt
remoueref eoꝝ ambiguitas.qḋ eſt: qꝛ Ariſ.vult ꝙ ipoſſi
bile eſt a corpore ſanitatē ꝛ egritudinē ſil' remoueri ꝛ fi
eri i eo diſpōnē3 tertiā in q̄ non ſit portio ſanitatis neq3
portio egritudis: ꝛ hoc ē veꝝ. Et Gal.vult p diſpōnē3 q̄
nō eſt ſanitas neq3 egritudo diſpōnē3 corpis in q̄ inueni
unf aut ſanitas ꝛ egritudo ſil': aut vna eaꝝ in hora vna:
ꝛ altera i hora alia:aut portio cuiuſq3 eaꝝ:aut ſm ſemi
tā pmixtiōis aut vicinitatl.ꝛ ppter illud nō firmauit iu
diciū ſup inuentionē hꝰ diſpōis tertie:ſ3 narrat dictiōe3
q̄ ſigt illō qḋ dixit.ꝛ eſt ſmo eiꝰ: nō euadit hoi.ꝛ ego ex
ponā illud i eo qḋ futuꝝ ē de ſmone eiꝰ.ꝛ h̄ etiā poſſibi
le ē:ꝛ nō eſt ei oppoſitio cū ſmone Ariſ.nedū ꝙ neccriu3
faciat ꝯdictionē.qḋ eſt:qꝛ intellectū ē ex ſmone Ariſ.ꝙ
corpora alterant ex ſanitate ad egritudinē: ꝛ ex egritudi
ne ad ſanitatē:ꝛ ꝙ i hac alteratōe poſſibile ē inuenire h̄
duo ꝯria aut i ptibꝰ corpis longinq̄s: aut i ptibꝰ ppinq̄s
aut i horis diuerſ.ꝛ vnaq̄q3.ſ.ſanitas ꝛ egritudo q̄n alte
raf ab ea corpꝰ:nec̄e eſt vt minuaf ꝛ addaf eiꝰ diminutio
vſq3quo euaneſcat:ꝛ nec̄e eſt vt addaf altera: ꝛ magnifi
cef eiꝰ additio vſq3quo cōpleaf eiꝰ eē:ꝛ h̄ additio ꝛ dimi
nutio inueniunf ſil'.hec ḡ diſpō tertia quā dixit Gal.cō
uenit etiā ſnīe Ariſ.Et Ariſ.quidē nō phibuit:niſi vt di
caf:qꝛ inuenif diſpō tertia diuerſa ſanitati ꝛ egritudini:
ſcil3 vt ſint diſpōnes tres: ordo cuiuſq3 quaꝝ ſub genere
ſuo ſit eq̄lis ordini alteriꝰ. Na3 ſic Ariſ.hanc intentionē
dici phibet:ſil'r Gal. phibet eā dici. Duo ḡ viri ſūt ꝯueni
entes:ꝛ diuerſitas ſublata ē inter eos:q̄uis ſit manifeſtū
ſmonē Galieni facere opinari illud. 2

Scientie ergo nomē cōiter ꝛ non
pprie audire oportet.

Et oportet ut itelligas nomē ſcien
tie in hoc loco ſm itentionē cōe3
non ſm intentionē ppriam.

Vult vt intelligaf ex eo intētio generis: ſub quo
ordinanf oēs artes facte a pncipiis ſumptis ex
ſcia nāli.h̄ nāq3 genꝰ ē cōe n̄ ppꝛu3 iſtl artibꝰ 3

Sanū aūt ꝛ egrū ꝛ neutrū triplici
ter unūquodq3 dicif: hoc quide3
ut corpꝰ: hoc aūt ut cauſa: hoc uero ut
ſignū:eteni ſuſceptibile ſanitatiſ eſt cor
pus:ꝛ efficiēs aut ꝯſuans eam cā eſt:
ꝛ declarās ea3 ſignū.oīa aūt hec uocāt
helenes ſana. Scdm uero eunde3 mo
du3 ꝛ egra ꝛ ſuſceptiua egritudinū cor
pora: ꝛ efficiētes ꝛ ꝯſuantes egritudi
nes cās:ꝛ ſigna declarātia ꝛ neutra ſ3
candē rōne3:ꝛ corpora ꝛ ſigna ꝛ cās.

Et illud quidē qḋ ꝯtinuaf cū uno
quoq3 hoꝝ triū: ꝛ pportionaf ei
.ſ. in ſanitate ꝛ egritudine ꝛ diſpōne q̄
nō eſt aliq̄ eaꝝ eſt una triū reꝝ:aut cor
pus:aut cā:aut ſignū. nam oēs noſtre
lingue cōparant corpꝰ ſuſcipiēs ſanita
tē ꝛ cauſam facientē ꝛ cōſuantē cam:
ꝛ ſignū declarās ſpa3 ad ſanitatē. ꝛ ſ3
hanc rōne3 cōparant corpus ſuſcipiēs
egritudies ꝛ cās efficiētes ꝛ ꝯſuantes
eas: ꝛ ſigna declarātia eas ad egritudi
ne3. ꝛ ſil'r etia3 cōparant corpꝰ ꝛ cā3 ꝛ
ſignū ſignificāſ diſpōne3 q̄ nō ē ſanitas
neq3 egritudo ad illā diſpōne3.

Sermo iſte itellcūs ē exponēs ptē diffinitōis. 4

Et ſm primā qde3 rōne3 ſcia cāꝝ
ſanaꝝ medicinal' eſt:poſt illa3 au
tē ꝛ aliaꝝ: ſecūdo uero ꝛ egraꝝ: ꝛ ter
tio neutraꝝ:ꝛ poſt hoc corpoꝝ:primū
qde3 ſanoꝝ: deinde egroꝝ:deiñ ꝛ neu
troꝝ.ꝛ de ſignis uero ſm candē rōne3
in actionibꝰ uero pꝰus qdem corpoꝝ co
gnitio ex ſignis manifeſta eſt: poſt hoc
uero ꝛ eaꝝ cāꝝ inuentio.

Et pma qdem intētio medici non
eſt niſi ad ſciendu3 cās ſanitatis:
deinde ppter illud puenit ad reliquas
cauſas.ſ.egritudines i pmis:deide ad
cās diſpōnis q̄ nō eſt ſanitas neq3 egri
tudo:deinde poſt hoc ad corpora:ꝛ nō
eſt eiꝰ intētio iteꝝ in eis in pmis niſi ad
ſciendū corpa ſana: deide poſt ad ſcien
dū egra:deinde poſt ad ſciendū ea que
nō ſūt neq3 egra neq3 ſana.ꝛ ſm hāc in
tētiōe3 ꝛ rōcinatōe3 currit res ſignoꝝ
In opationibꝰ uero nō eſt in pmis niſi
cognitio diſpōnis corporū p ſigna: dei
de poſt illud inuentio cāꝝ ſanitatis cor
poꝝ ꝛ egritudis coꝝ.

Fecit nos ſcire in h̄ ſmone dr̄iam int doctrinā
artl medicine:ꝛ int opationē p illud qḋ dicimꝰ
ex eis:ꝛ ꝙ diſpō in eis ē ſm ꝙ dicimꝰ primū co
gnitōis:vltimū opatiōis:ꝛ pꝛmū opatiōis:vltimū cogni
tōis:ꝛ ſmo eiꝰ intellectꝰ eſt.ꝛ nos exponemꝰ diuiſionē ꝛ
ipſiꝰ explanationē q̄ diuidit ptes diffinitōis medicine:vt
dirigaf mens per illud in ea quod eſt poſt illud. Dico er
ꝙ cauſaꝝ ſanitatis duo ſunt modi. Unus eoru3 eſt cau
ſarum facientiū ſanitate3: ꝛ iſte eedē ſunt cauſe ſanātes
egritudinē:ſicut curatio: ꝛ medicine: ꝛ cibi. ꝛ canonū ha
ru3 cāꝝ cōpleuit doctrinā in libro de ingenio ſanitatis
ꝛ modū. Alter modꝰ eſt cāꝝ ꝯſuantiū ſanitatē. ꝛ cano
nū haꝝ cāꝝ cōpleuit doctrinā in libro de regimie ſanoꝝ
ꝛ docet in h̄ loco artis parue ꝙ medicꝰ puenit p cās ſani
tatis ad cās egritudis in pmis:deide ad cās diſpōnis ter
tie vt vtaf cauſ ſāitatl ꝛ caueat cās egritudis ꝛ cās diſpō
nis ꝯtie:ſic pmiſit illud i libro ſectaꝝ. Et cāe egritudis ſūt
tres:cā antecedēs ſic repletio: ꝛ cā ꝯiūcta ſic putredo fa
ciens febrē: ꝛ cā pmitiua:ſic caſus aut pcuſſio aut obui
atio caloris ſolis aut frigoris aerl.ꝛ ſm hāc ſimilitudinē

ſunt cãe diſpõnis q̃ non ẽ ſanitas neq̃ꝫ egritudo. Deinde docet ꝙ medicꝰ ꝑuenit etiã pꝰ cognitionẽ haꝝ cãꝝ ad cognitionẽ corpoꝝ ſanoꝝ: deinde egroꝝ: poſtea illoꝝ q̃ nõ ſũt ſana neq̃ꝫ egra. Deinde dic̃ ꝙ ⁊ ſm hanc rõnẽ currit res ſignoꝝ.ſ. incipit medicus a cognitõe ſignoꝝ ſanoꝝ: poſtea ſignoꝝ egroꝝ: deinde ſignoꝝ diſpõnis que nõ eſt ſanitas neq̃ꝫ egritudo. Deinde dicit: ſed in diſpoſitõe operatõis nõ eſt in ꝑmis niſi diſpoſitõis cognitio corpoꝝ ꝑ ſigna.ſ. incipit medicꝰ quãdo vult operatõem medicine: ⁊ ſcit diſpoſitõem corpis ꝑ ſigna: tũc ſi inuenit ĩ eiſ ſigna ſanitatis cõſeruat ſanitatẽ eius. ⁊ ſi inuenit in eis ſigna egritudinis: aut ſigna diſpoſitõis: que nõ ẽ ſanitas neq̃ꝫ egritudo: curat egritudinẽ eius: aut curat illã diſpõem. Deinde dicit poſtea: q̃a eſt poſt illud inuẽtio ſcie cãꝝ ſanitatis corpoꝝ ⁊ egritudinis eoꝝ.ſ. poſtq̃ꝫ cognoſcit medicus diſpoſitõem corpis inuenit ſciam cauſarũ ſanitatis: aut ꝯſeruãtiũ ex eis: aut faciẽtiũ ex eis: cum cõſeruãtibus cõſeruat ſanitatẽ eiuſ: ⁊ cum efficiẽtibꝰ ſanat eius egritudinẽ. Et poſtq̃ꝫ cõpleuit Gal. explanatõem diffinitionis medicine ad ꝑtes ſuas: ⁊ iſtã doctrinã qua docuit nos eſſe eaꝝ: ⁊ cõpleuit in diſpoſitõe doctrine ⁊ ĩ diſpoſitõe opatõis: incipit iterũ diuidere vnãquãq̃ꝫ eaꝝ: ⁊ explanauit eam ad tria ⁊ dixit: 5

Sed qñ efficiẽs ⁊ declarãſ ⁊ ſuſceptiuũ duplr̃ unũq̃ꝙ dr̃: hoc quidem ſimplr̃: hoc uero ut nũc: ſciẽdũ eſt utroꝝq̃ꝫ ſciam eẽ medicinalẽ. Et ſm uero ſimplr̃ duplr̃ dr̃: hoc qdẽ ut ſemꝑ hoc uero ut multũ: ⁊ eſt utroꝝ hoꝝum etiam ſcia medicinalis.

Et unũquodq̃ꝫ qd̃ efficit: aut ꝯſeruat: aut ſignificat: aut recipit: dr̃ ſm unũ duoꝝ modoꝝ: aut abſolute: aut in tꝑe pñti: ⁊ medicina utroꝝũq̃ꝫ ẽ ſcia. Silr̃ ⁊ abſolute dr̃ ſm duos modos: aut ſemꝑ: aut in pluribꝰ diſpõibꝰ: ⁊ eaꝝ trium medicina eſt ſcia.

Sermo eiꝰ ex eo quod efficit tolerat vt velit cauſas efficiẽtes ſanitatẽ tm̃: ⁊ ſunt ſanãtes infirmitatem: ⁊ tolerat vt velit cũ eis cauſas efficientes egritudinẽ: ⁊ cauſas efficiẽtes diſpõem: que nõ eſt ſanitas neq̃ꝫ egritudo. Et ſermo eius: aut cõſeruat: tolerat vt velit cauſas ꝯſeruãtes ſanitatẽ tm̃: ⁊ tolerat vt velit eas: ⁊ velit cũ eis cauſas retinẽtes egritudinẽ ⁊ diſpoſitiõem que nõ eſt ſanitas neq̃ꝫ egritudo. ⁊ ſermo eius: aut ſignificat: vult ſigna. ⁊ ſunt tria: ſigna ſanitatis: ⁊ ſigna egritudinis: ⁊ diſpoſitõis tertie. ⁊ ſmo eius: aut recipit: vult corpora. Quod aũt remanet ex ſermone eiꝰ intellectũ ẽ. ⁊ ſermo eius: medicina eſt ſciẽtia eoꝝ omniũ: vult rememorari nos ꝙ iſte res ſunt explanatio diffinitiõis medicine. ⁊ qum ita ſit: tũc medicina eſt ſciẽtia omniũ eoꝝ: ⁊ ꝓptea ꝙ dimiſit in ſmone ſuo iſto rememorari diſpõis tertie: incipit ergo exponere eſſe eius ita ⁊ dicit: 6

Neutꝝ uero ⁊ cã: ⁊ ſignũ: ⁊ corpꝰ ⁊ qd̃ ſimplr̃ dr̃: ⁊ qd̃ ut nũc: ẽplr̃ unũq̃ꝙ dr̃. hoc qdẽ eo ꝙ neutro contrarioꝝ ꝑticipet: hoc qdeꝫ eo ꝙ utriſq̃ꝫ cõtrarioꝝ: hoc aũt eo ꝙ aliqñ qdẽ hoc aliquãdo illo. Hoꝝ uero ipoꝝ ſm duos modos dicit̃: aliqñ qdeꝫ ꝑticipãdo utroꝝũq̃ꝫ cõtrarioꝝ equaliter: aliqñ uero amplius altero.

Quod aũt non ꝓportionat̃ ad ſanitatẽ neq̃ꝫ ad egritudinẽ: qum ſit aut cauſa: aut ſignũ: aut corpꝰ: ſiue dicat̃ abſolute: ſiue in tꝑe pñti: unũq̃ꝙ ſm tres dr̃ modos. Unꝰ eoꝝ ẽ: ne ſit ꝓportionatũ ad aliqd̃ duoꝝ cõtrarioꝝ. ⁊ ſecũdꝰ: ut ſit ꝓportionatũ utriſq̃ꝫ ſil̃. ⁊ tertiꝰ: ut ꝓportionet̃ qñq̃ꝫ ad unũ eoꝝ ⁊ qñq̃ꝫ ad alteꝝ. ⁊ ſecũdꝰ hoꝝ triũ dicit̃ ſm duo cõtraria: aut ut ꝓportionet̃ ad unũq̃ꝙ duoꝝ cotrarioꝝ equalr̃: aut ut ꝓportionet̃ ad unũ plꝰ q̃ꝫ ad alteꝝ.

Res ꝓportionate ⁊ ꝯtinuate iam fuerũt tres: cauſa: corpus: ⁊ ſignũ. ⁊ quãdoq̃ꝫ multiplicãt̃ cũ ſanitate ⁊ egritudine ⁊ diſpoſitõe que nõ eſt ſanitas neq̃ꝫ egritudo: ꝓueniũt noueꝫ. ꝓiiciat̃ ergo ex eis illud quod ꝓportionat̃: ⁊ cõtinuet̃ cum hac diſpoſitiõe: ⁊ remanebũt ſex: que quãdo multiplicãt̃ cum abſoluto ſemꝑ: ⁊ cum abſoluto ſm plures diſpoſitões: ⁊ cum tempore preſenti: ꝓueniũt decẽ ⁊ octo. Et Gal. quidem rememorat̃ in hoc capitulo diſpoſitõis rerũ ꝓportionatarum ⁊ cõtinuatarũ cum diſpoſitõe in qua nõ euadit homini ſanitas neq̃ꝫ egritudo: ⁊ dicit ꝙ hec diſpoſitio eſt trina.ſ. neutralitas in tribꝰ ſignificatis: ⁊ ſignificatũ diuiditur in duas partes. ⁊ ſecũdũ eoꝝ eſt duo: ergo fit hec diſpõ q̃ttuor: que qñ multiplicãt̃ cũ numero reꝝ ꝓportionataꝝ cõtinuataꝝ cũ ea ꝓueniũt aut nouẽ ſi nõ diuiditur ſecũdũ: aut xij. ſi diuidit̃ ſecundũ. ſꝫ qñ multiplicat̃ illud cũ abſoluto ſemꝑ: ⁊ cum abſoluto ſm plures diſpõnes: ⁊ cum tempe pñti: ꝓueniũt aut vigitiſeptẽ: ſi non diuiditur ſecũdũ: aut trigitaſex: ſi diuidit̃ ſecũdum. Et tu potes notare iſtas diuiſiões in tabula: ⁊ excitabitur per illud mens tua: ⁊ verificabit̃ numerꝰ partiũ ad quas diuidit̃ diffinitio medicine. 7

Est aũt ⁊ de toto termino dubitatio q̃dã ſm locutõem: quã ⁊ ipaꝫ oꝫ determinare. In eo eniꝫ ꝙ dicit medicinã eẽ ſciam ſanoꝝ egroꝝ ⁊ neutroꝝ: ſignificat̃ quidẽ ⁊ oim ꝑtiũ: ſignificatur autem ⁊ quarundã: ſignificatur etiam ⁊ qualiũ. Sed omniũ quidem incomꝑhenſibile eſt ⁊ impoſſibile: quarundam uero imperfectuꝫ: ⁊ non artificiale. Qualiũ uero ⁊ artificiale ſimul et ſufficiens ad omnes partes artis: quas cõtineri dicimus in medicine diffinitione.

E ET in annūciatōne totiꝰ huiꝰ diffini
tōnis eſt locꝰ dubitatiōis quaꝫ de
terminare oportet. Quod eſt: qa nos
dicimꝰ q medicina eſt ſciētia rerū conti
nuatarum cum ſanitate ⁊ egritudine ⁊ di
ſpoſitōe: que nō eſt ſanitas neqꝫ egritu
do: lꝫ ut intelligat ex hoc ſmone: quia
eſt ſciētia omniū rerū: ⁊ lꝫ ut intelligat
quia eſt ſciētia quarūdam earum ſine qui
buſdam. Et lꝫ ut intelligatur: quia eſt
ſcientia cuiuſcūqꝫ rei ex eis quod ingri
tur: uerū eſſe omniū earū non compre
henditur: neqꝫ cōtinet: neqꝫ peruenit ad
illud. eſſe uero quarundā earū eſt dimi
nutum: ⁊ nō aſſimilatur uie artificiali.
Eſſe autē cuiuſcūqꝫ ex eis quod inqui
ritur ſciētia: aſſimilatur uie artis medi
cine: ⁊ ſufficit in omnibꝰ rebꝰ medicine
particularibus ⁊ hec eſt intētio in diffini
tione medicine.

I ITerauit Gal. rememoratōem diffinitōnis per di
ctionē ſuā diuerſam a dictōe in eo qđ preterijt: vt
faceret ſcire aſpiciētē: qꝛ nō oportet vt attēdat
ad dictōem quādo remanēt intētōes intellecte compre
henſe. deinde dixit dubitatōem ⁊ fecit ſcire q intētio ſci
entie que accepte eſt genꝰ medicine diſtictū cū differētia
medicine eſſentiali eſt ſcia cuiuſcūqꝫ rei ſciam inquirl ex
partibꝰ medicine. quod eſt: quia indiuidua cuiuiuſcūqꝫ
eorum xxviij. ⁊ xxxvi. ſunt infinita. ⁊ hoc quidē appet per illō
quod oſtēdimꝰ in tractatu primo libri noſtri de iuuamen
to: in doctrina artis medicine: q iactātia modernorū di
centiū virtutes myrobalanorum: ⁊ aliarum medicinarum: ⁊ infir
mitatū indiuidualiū nouarum eſt vana. ⁊ indiuidua acce-
pta in medicina ſunt infinita: ſed nō comphēdunt neqꝫ
continēt neqꝫ peruenit ad ea ſicut dixit Gal. Et nō ſufficit
in eis niſi vt ſint apud nos canones ⁊ regule quibꝰ prohi-
bemus totū quod occurrit ex eis nobis tm̄. ergo quod
dixit de medicinis ſimplicibꝰ in libro ſuo: in iſtis medi-
cinis nō eſt niſi exempla exponētia doctrinā eiꝰ in qnqꝫ
tractatibꝰ primis eius. Quod aūt diximꝰ in illo libro cōue-
niēs ſciētie Gal. ⁊ poſtq̄ꝫ docuit nos intētōem medicine
explanauit diffinitiōem eiꝰ ad ptes ſuas: ⁊ inſinuauit ad
narrādū eas ſm vnāquāqꝫ: ⁊ fecit nos ſcire q medicina
ē ſcia cuiuſqꝫ earum q̄rum inqrl ſciam. ſ. q medicina ē canōes
⁊ regule qbꝰ ſcit ⁊ intelligit q̄cūqꝫ res q̄rit ex ptibꝰ eiꝰ. In
cepit iterum in hoc vt faceret intelligere vnāquāqꝫ ptiū me
dicine ad quas explanauit medicine diffinitōem: ⁊ inci-
pit ex illis cum canonibus corporum ſuſcipiētium.

Finit tractatꝰ ſecūdꝰ: Incipit tertiꝰ. I

I INcipiamus igitur a corpo
ribus. primum quidē qualia
ſana ⁊ egra ⁊ neutra contin
gat eſſe exiſtētia. poſt hec ue
ro de ſignis ⁊ cauſis oratio
nem percurramus.

I INcipiamꝰ ergo rememorari nūc
corporum ſanorum egrorū ⁊ que non
ſunt ſana nec egra que corpora ſint: de
mū ſequat illud cum rememoratione
cauſarū ⁊ ſignorū.

S Ermo iſte manifeſtus eſt: ⁊ ſignificatio huiꝰ
dictionis egra: ⁊ huius dictiōis infirma: vna
eſt in ſanatiua.

S SAnū eſt autem ſimplr corpꝰ eucra
ton quidē exn̄s ex generatōne in
ſimplicibꝰ ⁊ primis particulis: coequale ue
ro his q̄ ex his cōponuntur organicis.
Sanū uero ut nūc eſt corpꝰ qđ ſm pre
ſens tempꝰ eſt ſanū: eſt aūt ⁊ hoc quod
ſm tempꝰ ſanum eſt corpus eucraton ⁊
coequale: nō ſm optimā eucraſiā ⁊ coe
qualitatē: ſed ſm ppriam ipſius ſani cor
poris eēntiā: uel ſm ppam ipiꝰ ſani cor
poris qualitatē: ſemper tale eſt maxie eu
craton: ⁊ maxie coequale: ut multū ue
ro ab optima cōpoſitōne derelictū eſt:
non multū tamen.

D DIco ergo q corpꝰ ſanū abſolute
eſt illud quod noiat eucraton. ⁊ il
lud quod noiat abſolute eucraton eſt il
lud cuiꝰ fabricatio ex principio creatiōis
in uētre matris ſue eſt ſm temperamētum cō
plonis mēbrorum ſuorum ſimpliciū primorum
⁊ equalitatē cōpōnis inſtrumētorum cōpo
ſitorum ex illis. Et ſanum corpꝰ ut nūc eſt
illud quod eſt ita in hora preſenti: ⁊ hoc
etiā in hora in qua eſt ſanū: eſt tperate cō
plonis ⁊ equalis cōpōnis. uerum tn̄ ipſius
temperantia ⁊ ipiꝰ equalitas: nō ſunt ſm me
liorē diſpōnem eq̄litatis: ſꝫ eſt ei temperātia
ppa: ſed ſemper ita eſt in ultimo temperantie
complonis ⁊ cōpoſitōis. Corpꝰ autem
ſanatiuū eucraticū quod ex eo eſt i plu
ribus diſpōnibus ita eſt illud quod mi
nuitur a meliore diſpoſitionū: diminu
tione non multa.

P POſtqꝫ Gal. explanauit diffinitiōem medicine ad
ſuas ptes: ⁊ docuit diſcipulū qualr ſciat id cuiꝰ
querit ſcia ex eis: incipit hic exponere vnāquāqꝫ
ptiū diffinitōis medicine: ⁊ ex eis ſunt corpa ſuſcipiētia.
hec. n. ſm q ipſe determinauit ea ſunt diuerſa. ſana qdem
paulo ante docuit qꝛ ſunt tria. ⁊ ppter illud incepit in h

ſmone exponere vnūquodqꝫ eorū: ⁊ noīauit ſanū ſemꝑ ſimplr̄ eucraticū: vt ſignificaret ꝑ hāc dictiōem eucraticū: aſſiduitatē ſanitatis ⁊ exuberantiā eius. ⁊ ſignificat ꝑ hāc dictiōez: cōplexio: coniūctiōem q̄ttuor qualitatuꝫ que ſunt ca. fri. ſic. ⁊ hu. adinuicē. Et ſignificat ꝑ hanc dictionē ſanū ſimplr̄. hec. n. dictio eſt in vſu in ſciētijs ⁊ artibꝰ ſm ꝙ ipa eſt nomē cōe. Medici ergo voluerūt ꝑ eā ꝙ eſt ſimplr̄ ⁊ eſt impoſſibile vt cōponat̄ cū alio. ⁊ membrū ſimiliū ꝑtiū eſt omne mēbꝝ cuiꝰ ꝑtes ſil'es ſunt ī ſubſtātia ſua cū toto: ⁊ nomē eaꝝ eſt ſicut nomē eius. verbi gratia: hoc fruſtū oſſis eſt ſimile ſue ſubſtātie: qum ſubā oſſis ⁊ nomē eiꝰ eſt os ſicut nomē eiꝰ totiꝰ. ⁊ hoc fruſtuꝫ carnis ſimile eſt ſubſtātie ſue: qum ſubſtātia carnis ⁊ nomē eiꝰ eſt caro: ſic nomē ſubſtātie carniſ totiꝰ. ⁊ hꝰ fruſtū vene eſt ſimile ſubſtātie ſue: quꝫ ſubā totiꝰ vene ⁊ nomē eiꝰ vene ē ſicut nomē totiꝰ. Et mēbra quidē ꝑtiū ſimiliuꝫ ſunt multa: ſicut os: neruus: vene: arterie: caro: piguedo cartillago: cutis. Et inſtrumētale eſt dictio q̄ꝺ ſignificat apud medicos mēbꝝ cōpoſitū ex mēbris ꝑtiū ſimiliū. et intētio. i. diffinitio eiꝰ eſt ꝙ eſt inſtr̄m aīe exn̄ti in corpe quo efficit quaſdā ſuas oꝑatōes. Et mēbra q̇dē inſtr̄alia ſunt multa: ſicut cor: epar: cerebꝝ: teſticulꝰ: ſtomachus: ſplen: pulmo: renes: veſica: oculi: aures: naſus: os: manꝰ: pedes: collū: pectꝰ: dorſum. ⁊ cōplexio cuiuſqꝫ mēbroꝝ ē ꝯpoſitoꝝ cōpoſita ex ꝯpl'one mēbroꝝ ꝑtiū ſil'iū ex quibꝰ componūt̄. Compl'ones aūt mēbroꝝ ſimiliū ꝑtiū nō eſt res vna ⁊ eadem. ⁊ complexio oſſis eſt alia a compl'one nerui. ⁊ cōplexio vene eſt alia a compl'one arterie. ⁊ ſm hoc exemplū vnicuiqꝫ mēbro cōſimiliū ꝑtiū cōplexio eſt ꝓpa. Et qn̄ vnūquodqꝫ eſt cōicās compl'onē ſuā ꝓpaꝫ ꝓuenit ex cōpl'onibꝰ eaꝝ oīm cōplexio tꝑata. Naꝫ declinatio ꝯpl'onis oſſis ⁊ nerui ad frigꝰ: tꝑat declinatōēz cōpl'onis arterie: ⁊ carnis ad calorē. Et cutis q̇dē inter hec mēbra ſimiliū ꝑtiū tꝑate ꝯpl'onis ē p̄cipue cutis iterior ꝑtis palme qn̄ ē ꝯpl'onē ſuā ꝓpam ꝯn̄s. at v̄o ꝯplexio fit diuerſa ꝓpter diuerſitatē etatꝭ regiōis ⁊ oꝑatōis ⁊ alioꝝ. Manifeſtū ḡ ē ꝙ ꝯpl'oni vniuſcuiuſqꝫ mēbroꝝ ꝑtiū ſimiliū ē latitudo. ⁊ ſanitas eſt in ꝯpl'one vt ꝓportionēt̄ ꝯpl'ones mēbroꝝ ꝑtiū ſimiliū. ſ. vt ſit ſm ſemitā exempli ꝓportio ꝯpl'onis oſſis in etate puericie ad cōpl'onē carnis: ſicut cōplexio eiꝰ ad eā in etate iuuētutis aut adoleſcētie aut ſenij: ⁊ ſm hoc exemplū in reliq̇s. ḡ corpoꝝ ſanoꝝ ſemꝑ cōpl'ones mēbroꝝ ſimiliū ꝑtiū ſunt ſm ꝓportionē vnā: ⁊ hec ꝓportionabilitas quidē ē tꝑātia. ḡ vniuſcuiuſqꝫ mēbroꝝ inſtr̄aliū cōpoſitoꝝ ex mēbriſ ſimiliū ꝑtiū eſt cōplexio ꝓpa in q̄ttuor rebꝰ: quaꝝ vna ē numerꝰ: ſecūda q̄ꝫtitas: tertia forma: q̄rta ſitus. ⁊ eq̄litas cōpl'onis cuiuſqꝫ eoꝝ eſt vt ſaluet̄ ſua ꝓpa ꝯpō in vnoquoqꝫ eorū q̄ttuor. Manifeſtū eſt igit̄ ꝙ q̄ꝫtitates eoꝝ ſunt diuerſe. nam ipa nō ceſſant augmētari donec aſſeq̄uāt̄ vltimuꝫ terminū ſue adoleſcētie: deinde ſtat augmētū eoꝝ. equalitas ergo ꝯpl'onis eſt ſemꝑ vt remaneat ſm ꝓportiōem vnā in ſuis q̄litatibꝰ. qn̄ ergo aggregat̄ in corpe vno vt ſit tꝑate ꝯpl'onis ⁊ eq̄lis ꝯpōis: tūc Gal. vocat illud meliorē formā corpis: ⁊ iam oſ̄ſum eſt ꝙ meliori formaruꝫ nō eſt latitudo ſuꝑioris ⁊ inferioris: q̇a iam hr̄ēt intēſionem ⁊ remiſſionē ſi latitudo eēt eq̇uoca ad diuerſa. ſ. ad corpꝰ ſanū: ⁊ cām ſanā: ⁊ ſignū ſanū. Nā vnūq̄ꝺqꝫ iſtoꝝ dicit̄ ſanū ſemꝑ tale ſiue in meliore formaꝝ: ⁊ hoc tetigit in multitudine eoꝝ que currūt. ⁊ dicit̄ latitudo ꝯpō lata in duobꝰ. ſ. tꝑantia ꝯpl'onis: ⁊ eq̄litate ꝯpōnis: ⁊ quādo minuit̄ cōplexio ⁊ tꝑantia aut ꝯpō diminutiōe q̄ nō minuit̄: dicit̄ illa q̇dē adhuc talis que nō videat̄ ipedire oꝑatōes diminutōe. que v̄o immutat̄ vel manifeſtat̄ tūc iam corpꝰ immutat̄ a meliori formaꝝ: ⁊ ꝙ eſt ita ſanitas eiꝰ ⁊ eſt firma. verūtamē firmitudo eiꝰ eſt intra firmitatē ſanitatis corpis quod ē in meliori formaꝝ. ſ. ſanatiuū. et ꝓpter illud eſt hoc corpꝰ ſanū ſm plures diſpōes. ſ. ī pluribꝰ etatibꝰ ⁊ regiōibꝰ ⁊ diſpōībꝰ ⁊ ſimilibꝰ. ipe aūt intelligit ꝑ diſpōnes tres has ⁊ eaꝝ oꝑatōnes. Et qn̄ diminuit̄ ꝯplexio ⁊ compō diminutōe plurima donec fiat corpꝰ ſuſceptiuū egritudinis: tūc nō nomīat̄ ſanū niſi in hora pn̄ti. Nam in hac hora ſunt ꝯplexio in eo ⁊ ꝯpoſitio ſꝫ aliquā diſtꝑantiā ꝓpam. ſ. infra eq̄litatē ſuā in pluribus diſpōībus. Et manifeſtū eſt ꝙ ſanitati cuiuſlibet corpis eſt latitudo que ē preter latitudinē eius ī corpe alio. naꝫ ſanitas ceci hac diſpōne alia ē a ſanitate claudi. 3

**Egrū vero corpꝰ ſimplr̄ ē quod ex generatōe aut diſtꝑatū in hiſ que ſimileſ habent partes: aut nō coequale in organis: aut in utriſqꝫ ſimul.**

**Corpꝰ egrotatiuū eſt id q̄ꝺ natū ē aut ſm cōpl'onē malā mēbroꝝ ſimiliū ꝑtiū: aut ſm inequalitateꝫ membroꝝ inſtr̄aliū: aut ſm duas res ſiml'.**

Quia poſtq̄ꝫ ꝑuenit cum corpe ſano abſolute ad corpꝰ ſanū ī hora pn̄ti: ⁊ appꝫ ꝙ hꝰ corpꝰ ē male ꝯpl'onis aut ꝯpōnis aut vtriuſqꝫ ſil'. ⁊ q̇a nō ꝑuenit ad ipm equalitas niſi q̇dā ī hora ꝓpa ī qua ē ſanū: declarat̄ īde ꝙ hꝰ ē ex corpibꝰ q̄ꝺ ē egrotatiuū: tūc manifeſtū ē ꝙ ꝓpalauit ipm in hoc ſermone ē mediū: aut ſm ꝯpl'onē malā mēbroꝝ ꝑtiū ſimiliū: aut ſm īequalitatem mēbroꝝ officialiū: aut ambas res ſil'. Et egrotatiuū q̇deꝫ nō ē egꝝ: ſed ē illud ad q̄ꝺ appropriāt ⁊ ꝓpāt egritudīes ex cauſis infirmātibꝰ: q̄ꝫuis debiles ſint aut parue: ⁊ nō fuit ī eo q̄ꝺ p̄teriit oſ̄ſum ei hoc corpꝰ: ⁊ ꝓpter illud nō numerauit ipm ī ꝑtibꝰ diffinitōis. poſtq̄ꝫ āt declaratuꝫ ē ei: dixit illud ī veſtigio loci ī quo declaratū ē ei. 4

**Egrū uero ut nūc ē corpꝰ egrotās in tꝑe in quo dr̄ tale exn̄s. Manifeſtū ē aūt ꝙ ⁊ hoc ſm ꝙ tp̄s dr̄ eē egꝝ aut diſtꝑatuꝫ ē in ſil'es hn̄tibꝰ ꝑtes: aut ineq̄le in organicis: aut in utriſqꝫ. Et ſꝑ q̇dē egꝝ ē q̄ꝺcūqꝫ ex generatiōe aut diſtꝑatū ſatis exn̄s in ſimplicibꝰ ꝑticul' aut in oībꝰ: aut in q̄buſdā: aut maxime dn̄antibus: aut etiā ineq̄le in organis. Sil'r uero ⁊ his: aut oībꝰ: aut q̄buſdā: aut maxīe dn̄antibꝰ: aut etiā ineq̄le organicis. Ut multū uero egꝝ ē corpus ab hmōi malicia derelictū: nōdū uero in medio. i. neutralitate conſtitutū.**

**Et corpꝰ egꝝ ut nūc eſt illud q̄ꝺ eſt infirmū in hora in q̄ dr̄ ꝙ eſt ita: ⁊ hoc etiā in hora in q̄ dr̄ q̇a ē infirmū ē male ꝯpl'onis in mēbris ſimiliū ꝑtiū: aut ab eq̄litate egreſſuꝫ in mēbris iſtr̄alibus: aut aggregās ambas res ſimul.**

Et corpus egrum ſemꝑ eſt illud quod
eſt natū ſm cōplōnē longinquā ab eq̄li
tate in mēbris ſimplicib⁹ p̄mis omnib⁹
aut unitōe coꝝ: aut ipoꝝ ſblimioribus
aut ſm cōplōnē longinquā ab equalita
te in mēbris inſtr̄alib⁹ omnib⁹: aut uni
tōne ipoꝝ: aut eoꝝ ſublimiorib⁹. Cor
pus uero egrū in plurib⁹ diſpōnibuſ eſt
illud quod iam diminuit: ⁊ nō ꝯſequit̄
diſpōem mediā.

Narrauit Gal. i partib⁹ diffinitōis corp⁹ infirmū:
⁊ multiplicauit ipm ꝑ abſolutū ſemꝑ: ⁊ ꝑ abſo-
lutū ſm plures diſpōnes: ⁊ ꝑ tp̄s p̄ns. et ſic ince
pit in corpib⁹ ſanis a meliori eoꝝ diuꝫ: ſil'r incipit a cor-
porib⁹ infirmis a meliori eoꝝ diuꝫ. nam corp⁹ infirmū in
hora p̄nti tm̄: eſt i alia hora ſanū: in alia infimū: aut ē in
diſpōne que nō eſt ſanitas nec egritudo. ⁊ corp⁹ infirmū
ſemꝑ eſt i tota vita ſua infimuꝫ: ⁊ nō eſt ei hora in q̄ di-
cat̄ ꝙ eſt ſanū. Et egrū corp⁹ in plurib⁹ diſpōnib⁹ eſt cor-
p⁹ qd̄ eſt infirmū in plurimo vite ſue: ⁊ i malicia ei⁹ mi-
nor eſt malicia egritudis ſemꝑ. Et ſermo ei⁹: Et nō ꝯſeq̇-
tur adhuc diſpoſitōeꝫ mediā. ſ. corpora q̄ neqꝫ ſunt ſana
na neqꝫ egra ſemꝑ: ſunt media ⁊ meliora eo. Jaꝫ g̊ decla
ratū eſt ꝙ meli⁹ corpoꝝ infirmoꝝ ē illud qd̄ eſt infirmuꝫ
in hora p̄nti: ⁊ ſanū in alia: deinde qd̄ eſt infirmū in plu
rib⁹ diſpōnib⁹: deinde qd̄ eſt infirmū ſemꝑ. hoc. n. corp⁹
eſt i formis deteriorib⁹: ſic corp⁹ ſanatiuū eſt i formis me
liorib⁹. ⁊ a ſmone ei⁹: longinqū ab eq̄litate: eſt itellectū
q̄r vult maliciā ꝯpl'onis aut cōpoſitōis. malicia q̄deꝫ cō-
plexiōis eſt in mēbris partiū ſil'iuꝫ. ſed malicia cōpoſitio
nis eſt in mēbris inſtr̄alib⁹: ⁊ eſt imutatio ei⁹ ex quo cō
ponit̄ membꝝ inſtrumētale: aut in quātitate eiuſ: aut in
forma: aut in ſitu. 5

Quoniā autē ⁊ neutrū corp⁹ tripli
citer dicebat̄. hoc quidem in eo ꝙ
neutra extremarū diſpōnum ꝑticipet:
hoc uero utraqꝫ: hoc autē eo qd̄ aliquā
do q̄dē hac: aliq̄n uero hac. ſm p̄mum
quidē ſignificatū neutrū erit corp⁹: me
dium uero exiſtens ſaniſſimi corporis
⁊ egerrimi.

Diximꝰ iaꝫ ꝙ corp⁹ quod nō eſt ſa
num neqꝫ egrū dicit̄ ſm tres mo
dos. quoruꝫ un⁹ eſt ut nō ſit in eo neqꝫ
una duaꝝ diſpōnuꝫ cōtrariaꝝ ſm ulti
mitatē ipaꝝ. ⁊ ſecūd⁹ eſt ut in eo aggre
gent̄ due diſpōnes. ⁊ terti⁹ eſt ut ſit i eo
una duaꝝ aliq̄n: ⁊ altera aliq̄n. Corp⁹
autē quod nō eſt ſanū neqꝫ egrū ſm itē
tionē p̄mā eſt mediū ſm ueritatē ⁊ per
ſcrutatiōem inter illud quod eſt in ulti
mo ſanitatiſ: ⁊ inter illud quod eſt in ul
timo egritudiniſ: ita ꝙ ꝯmixta ſunt cō
fuſe adinuiceꝫ ꝙ nō diſcernit̄ aliqd̄ eſſe
ꝑ ſe: ⁊ hoc toto tp̄e egritudinis.

Que he diſpſitiōes ſunt ꝯtinue. ſ. ſanitas: ⁊ infir
mitas ⁊. ⁊ vltimū ſanitatis eſt melior formaꝝ. ⁊
vltimū egritudīs eſt deterior formaꝝ. Et diuiſit
diſpōneꝫ q̄ non ē ſanitas neqꝫ egritudo trib⁹ diuiſiōib⁹:
quaꝝ vna eſt vt nō ſit in eo neqꝫ vna ex ſanitate ⁊ egritu
dine ſm vltimitatē eaꝝ. ⁊ dixit in hoc: q̄r eſt mediū ſꝫ ve
ritatē ⁊ ꝑſcutationē int̄ meliorē formaꝝ ⁊ deteriorē eaꝝ
ſed lōgitudo eius ab vnaquaqꝫ eaꝝ eſt longitudo vna. ſi
gnificat ergo ꝑ id: ꝙ ſanitas ē in eo cōmixta cuꝫ egritu
dine: ſicut oleū cū aqua. ⁊ vtrūqꝫ ab alio diſcernit̄. Et ſe-
cūda ē vt aggregēt̄ ſanitas ⁊ egritudo ſil' in eo: ⁊ ē ſi ſint
quedā mēbra ſana: ⁊ q̄daꝫ eoꝝ īfirma. Et tertia eſt vt ſit
q̄n̄qꝫ ſanū: q̄n̄qꝫ egrū. Declarauit igit̄ ꝑ id ꝙ non diuerſi
ficat̄ ſnie Ariſ. in h̄ ꝙ non ē inter ſanitatē ⁊ egritudinē
alia diſpō equalis i genere. Et iſti tres modi q̄n̄qꝫ multi
plicant̄ cuꝫ abſoluto ſemꝑ: ⁊ cū abſoluto i plurib⁹ diſpo
ſitōibus. ⁊ cū tēpore p̄nti ꝯueniūt. xx. diſpōnes: ⁊ ipſe ex- 6
planat illud in hoc ſmone.

Et huiuſmodi quidē hoc ſimplicit̄
tale eſt: quoniā ex generatōe tale
cōſtitutū eſt. Hoc uero ut nūc qd̄cūqꝫ
in p̄nti tp̄e mediuꝫ uere exiſtit ⁊ ſaniſſi
mi corpis ⁊ egerrimi. Eius uero quod
ſimpl'r eſt: hoc quidē ſemꝑ tale: quoniā
in omnib⁹ etatib⁹ ſemꝑ maxīe ꝑmanet
tale. Hoc uero ut m'tū: q̄n̄ mutatio
nes q̄ſdā eſt accipieſ. Scd̄ꝫ uero ſecun
dū ſignificatū neutrū erit corp⁹ contra
riis ſimul diſpōnibus ꝑticipās ex gene
ratōne: aut ſm unā ꝑtem: aut ſꝫ duas
differentes. ſcd̄m unam quideꝫ: ſi ſm
alterā oppōnem eucraton fuerit effecti
uaꝝ qualitatū: aut ſm utrāqꝫ quideꝫ:
ſed circa formatōem aut ꝑ. ſ. magnitu
dinē: aut numeꝝ ꝑticulaꝝ: aut poſitio
nē lapſuū: aut ecōuerſo. in his quideꝫ
correctū omnib⁹: aut in quibuſdam: in
craſi uero delinquēs. In differētib⁹ ue
ro ꝑtibus ⁊ ſm oēs oppoſitiōes poteſt
aliquid cōtrariorū ꝑticipare ſimul. Et
ſemꝑ quideꝫ tale eſt ſm omnes etates
manēs ſimile. ut multū uero eſt: quod
⁊ ꝑmutat̄ ſꝫ aliquid'. Ita uero ⁊ quod
ut nūc: neutrū erit corpus ſm ſecundū
ſignificatū: aut eo quod ſm unam ꝑteꝫ
hec habeat ſana: hec uero egra: aut ibe
rentiuꝫ ei: aut circa partes differētes.
Scd̄m uero tertiū ſignificatuꝫ neutrū

erit corpus. quod quidez modo ſanũ: modo egrũ in parte fit temporis: quẽadmodũ inheret aliquibus pueris qdẽ exiſtentibus ſanos eſſe: adoleſcẽtibus uero factis egros ⁊ econuerſo. In uno uero tempore ita neutrũ uere quidem non contingit conſiſtere: ſcõm uero latitudinẽ contingit. Scimus uero qm̃ nunc duplr̃ dicit̃.

Et id quod dicit̃: quoniã ita eſt ſermone abſoluto eſt natũ ſm̃ illam formã. ⁊ qd̃ dicit̃: quod ita ẽ nunc: eſt illud quod eſt in hora p̃ſenti. Mediuz uero qd̃ eſt ſanius inter corpora eoꝝ ⁊ egri⁹ inter corpa eoꝝ: ⁊ ex eo qd̃ dicit̃ ex eo qd̃ eſt ſm̃one abſoluto: eſt qd̃ eſt ita ſemp: ⁊ eſt illud qd̃ remanet in oib⁹ etatib⁹ ſm̃ illã diſpõnez: ⁊ ex eo qd̃ eſt in plurib⁹ diſpõnib⁹: eſt illud cui accidũt mutatões quedã. Et corp⁹ qd̃ nõ eſt ſanũ nec egrũ ſm̃ intentionẽ ſecundã: eſt illud qd̃ natũ eſt ſm̃ aggregationẽ duarũ diſpõnuz ꝯtrariaꝝ in eo: aut i mẽbro uno: aut in diuerſis. in mẽbro qdẽ uno qñ eſt in una duaꝝ ſpẽꝝ ꝯtrarietatis inter q̃litates efficaciores tẽperatũ aut qñ eſt tẽperatũ in duab⁹ ſpẽbus ſit: uerũtamẽ hz nocumentũ in forma ſua aut in quãtitate ſua: aut in nũero ſuaꝝ partiũ: aut in ſitu ſuo. ⁊ qñ eſt ſm̃ ꝯuerſionẽ illi⁹ qd̃ eſt in iſtis: tũc eſt ſanuz in oibus iſtis: aut in quibuſdã eaꝝ: uerũtamẽ eſt lapſuz in ſua ꝯplõne. in mẽbris uero diuerſis eſt poſſibile cũ illo ut aggreget corp⁹ unuz duo cõtraria in oib⁹ ſpẽbus ꝯtrarietatis. ⁊ qd̃ eſt ita ſemp: eſt qd̃ remanet in oibus etatib⁹ ſm̃ illã diſpõnez. ⁊ qd̃ eſt ita in plurib⁹ diſpõnibus: eſt illud cui iam accidit mutatio. ⁊ ſimilr̃ etiam corpus qd̃ dicit̃ ꝙ non eſt ſanuz neqz egrum ut nunc: ſcõm intentionẽ ſecundã: aut eſt quoddã eius qd̃ eſt in eo ſanũ: ⁊ quoddã ei⁹ eſt egꝝ: aut in membro uno: aut i membris eſt diuerſis. Et corp⁹ quod non eſt ſanuz neqz egrũ ſcõm intentionẽ tertiã: eſt illud quod ẽ quãdoqz ſanũ: qñqz egruz: ſicut accidit i quibuſdã qui ſani fuerũt in puericia: ⁊ poſtquaz fuerũt adoleſcẽtes infirmi fuerunt: aut ecõuerſo. In hora aũt una non eſt poſſibile ut ſit corpus ſcõm hanc intentionẽ neqz ſanum neqz egrum. Q; ſi tu eſtimaueris hore latitudinẽ: tunc iam poſſibile eſt illud. ⁊ nos ſcimus ꝙ nunc dicit̃ ſcõm duos modos.

Iſte ſermo apparens eſt: verũtñ nõ fit diuerſus in diſpõne que nõ eſt ſanitas neqz egritudo ſententie Ariſ. ⁊ hmõi ſermonis plurimũ eſt intellectũ: verũtamẽ in eo eſt dictio poſt dictõem expoſitõne indigẽs: ⁊ ex eo eſt ſm̃o ei⁹: nũc. naz hec dictio ſignificat apud medicos horã p̃ñtẽ: ⁊ ſignificat apd̃ philoſophos pũctũ diuidentẽ inter tempus preteritũ ⁊ futuꝝ. ⁊ hora p̃ñs apud medicos dicit̃ ſm̃ duos modos. vn⁹ eoꝝ eſt q̃ñtitas eius parua: ⁊ hippo. nomiãuit hãc horã ſtrictã. ⁊ alter mod⁹ eſt quãtitas eius ampla: ſicut iſte dies: aut ſic iſte ionuz: aut ſicut iſta ſeptimana: vel ſicut iſte mẽſis: vl̃ ſicut iſte annus. Et ex illo eſt ſermo eius: qualitates eius actiue. Iſte. n. qualitates ſunt caliditas: ⁊ frigiditas. caliditas quidẽ nominat̃ actiua: qm̃ ſeparat eius partes cui ſupuenit. ⁊ ꝑpter illud diffinit eam Gal. q̃a ipſa ſepat res diuerſas: ⁊ diffinit eam Ariſ. quia aggregat res homogeneas. frigiditas vero nomiat̃ actiua: qm̃ ipſa aggregat ꝑtes ei⁹ cui ſupuenit: ⁊ ꝓhibet ſepatõem eius: ⁊ ꝑpter illd̃ inuenim⁹ ꝙ ipſa aggregat res. Qualitates aũt paſſiue ſũt humiditas ⁊ ſiccitas. humiditas vero nomiat̃ paſſiua: qꝛ per eam fit facilis paſſio ei⁹ cui ſupuenit: ſed ſiccitas nominat̃ paſſiua: qm̃ per eam fit paſſio difficilis ei⁹ cui ſupuenit. ⁊ duaꝝ ſpẽꝝ vna eſt ſpecies actiuaꝝ qualitatũ: et altera ẽ ſpecies paſſiuarũ qualitatũ. 7

Sanum uero ⁊ egrũ ⁊ neutrũ corpus quotiẽs dicitur: ⁊ quale unũquodqz eſt: ſufficiẽter determinatũ eſt. De ſignis uero deinceps dicẽdũ eſt.

Iam determinauim⁹ de eſſe ſani corpis ⁊ egri: ⁊ ei⁹ quod nõ eſt ſanuz neqz egrũ: ⁊ oſtẽdim⁹ ſm̃ quot modos unũquodqz eoꝝ dicit̃: ⁊ que res ſit unũquodqz eorum determinatõne ſufficienti: ⁊ oportz ut ſequamur illud rememorando eſſe ſignoꝝ.

Iam determinauit quidez ꝙ corpora ſana ſunt tria: ⁊ infirma tria: ⁊ que nõ ſunt ſana neqz infirma nouem: ⁊ egrotatiua vnũ. Sunt ergo omnia corpora ſumpta in diffinitiõe medicine. xvi. Cognitionẽ diſpoſitõis cuiuſqz ipſoꝝ compleuit: incipit hinc in cognitione ſignoꝝ.

Finit pars p̃ma que de corporibus.

Incipit pars ſecũda de ſignis. I

Sunt autē ⁊ hoꝝ ipoꝝ
ſana quidem quecũqꝫ
p̃ſentis ſanitatis ſunt
ſigna demonſtratiua:
⁊ future pronoſtica: ⁊
prius facte rememora
tiua.

Dico ergo ꝙ ſignoruꝫ alia ſunt
ſanitatis: alia egritudiniſ: alia
diſpoſitōis: que nō eſt ſanitas
nec egritudo. ſigna ergo que ſanitatis
ſunt: alia ſignificāt ſanitatē preſenteꝫ:
aut indicāt eam antequā ſit: aut reme
morantur eius poſtq̃ꝫ iam fuit.

Signa ſanitatis p̃ñtis ſunt vt currāt opatiões
ſm ꝙ eſt in eis natura abſqꝫ ꝓhibitōe. ⁊ lucꝝ
horuꝫ ſignoꝝ eſt vt conſeruet̃ ſm ꝙ ipſa eſt: ⁊
quādo videt medic⁹ ꝙ aliquod eoꝝ corrūpit
pmutatio aliqua: inq̃rat ablatiōem ei⁹ quod
mutauit ipm donec remaneat ſanitas ſm diſpōem ſuā.
⁊ ſigna ſanitatis indicatiua ſunt multa: quorũ oīm for
tiora ſunt ſigna vehemētie v̓tutis in diſpõne egri: ⁊ con
ualeſcētie ei⁹ poſt ei⁹ ſepatōem: deinde ſigna digeſtõnis:
poſtea ſigna criſis ſalue. ⁊ hec quidē ſigna indicāt aduē
tum ſanitatis in diſpoſitōe egritudinis. Et lucrũ horum
ſignoꝝ medico quidē eſt qm̃ cōfortat p ea ſeipm: ⁊ p̄pat̃
ei⁹ vt cōueniāt de conditōe premij: ⁊ firmat qō per fidem
ſpopondit de eo quod in conditōe fuit: ⁊ infirmo q̇dem
qm̃ indicat ei medic⁹ illud quod videt: ⁊ indicat ſuiſ ami
cis: ⁊ facit eos ſcire ſalutē eius: ⁊ qñ euadit ex egritudine
ſua fit bona fama eius: ⁊ extollit eũ ſuis narratōib⁹ infir
mus. Et ſigna ſanitatis rememoratiua ſunt illud qō ſer
uat medic⁹ de diſpõne ſanitatis ante infirmitatē. ſ. quali
ter fuit cōplexio corpis ⁊ forma ei⁹ in raritate ⁊ ſpiſſitu
dine ⁊ alijs. ꝙ ſi medic⁹ nō fuerit ſciēs infirmũ ante egri
tudinē eius: tũc ipſe indiget vt diſcat p interrogatiōeꝫ et
eſtimationē qual'r fuit diſpō eius in ſanitate donec ſciat
p illud declinatiōeꝫ corpis a ſanitate ſua: ſic ſi iterroget
de appetitu ei⁹ quo appetebat cibum: aut q̇d ſuſcipiebat
ex eo: ⁊ in qua hora ſuſcipiebat eũ: ⁊ qñ egritudini nō ſũt
paroxiſmi ⁊ interpolatōes in quib⁹ cibet̃ infirm⁹: cibet̃ ī
hora ↄſuetudinis ſue in ſanitate dum nō ꝓhibet ab illo
inceptio paroxiſmi. ⁊ ſi contigat vt ſit interpolatio paro
xiſmi in hora conſuetudinis ſue accipiēdi cibum: det̃ in
illa hora cibus ſm fiduciam. 2

Era uero ſigna: ⁊ p̃ñtis egritudi
nis demr̃atiua ſunt: ⁊ future pro
noſtica: ⁊ p̄us facte rememoratiua.

Et ſigna egritudinis p̃ñtis ſunt q̃
ſignificāt egritudinē p̃ñtem: aut
indicāt egritudinē que erit anteq̃ꝫ ſit:
aut rememorari faciũt eius quod fuit.

Signa egritudinis p̃ñtis ſunt ablatio opationuꝫ:
⁊ reſiſtētia egritudinis: ⁊ hoꝝ ſignoꝝ lucrũ ē co
gnitio egritudinis: quare reſiſtat̃ ei cũ eo quod
eſt ei cōtrariũ. ⁊ ſigna indicatiua egritudinis ſunt dimi
nutio opationũ a ſuis diſpōibus in ſermone abſoluto:
mutatio opationũ a diſpōib⁹ ſuis naturalib⁹. Et lucruꝫ
hoꝝ ſignoꝝ eſt vt antecedat medic⁹ cum preſeruatõne: ⁊
euacuet corp⁹: aut mutet illud quod eſt accidēs ī eo do
nec ꝓhibeat̃ per illud caſus corpis in egritudinē. ⁊ ſigna
que rememorari faciũt egritudinis ⁊ eius quod preceſſit
ex ea ſunt ſicut diſcoleratio: extenuatio: debilitas mĺta: ē
⁊ cita. Et lucrũ eaꝝ ſic dicit hippo. ī p̃mo li° ꝓnoſticoꝝ: ⁊ ſit
vt ↄfidat de eo īfirm⁹ ⁊ ſui: ⁊ ↄmittit ſe ī manib⁹ ei⁹: ⁊ ſit
ei potētia curādi eũ ſm ꝙ oportꝫ: ⁊ appareat ſolertia ei⁹
cũ arte: ⁊ bonitas ſcie ei⁹: ⁊ alia q̃ ſunt ſicut iſta. 3

Scōm uero hoc ⁊ neutra: ⁊ que
neutraꝝ diſpoſitionuꝫ demōſtrā
tia ſunt: ⁊ ꝓnoſtica: ⁊ rememoratiua.
Et ſunt ſigna ſm aliquid quidē ſanaꝫ:
ſm uero aliquid quidē egram declaran
tia diſpõnem: ⁊ hec q̇deꝫ ſm tempora
ſanis ⁊ egris inſunt.

Et ſm hoc exempluꝫ ſigna diſpoſi
tiōis que nō eſt ſanitas neqꝫ egri
tudo ſunt que ſignificāt illaꝫ diſpoſitio
nem que nō eſt p̃ſens: aut indicat eam
anteq̃ꝫ ſit: aut rememorat̃ eius poſtq̃ꝫ
fuerit: ⁊ ſunt illa que omnino nō ſigni
ficant aliquā duaruꝫ diſpoſitionũ: aut
nō ſunt digniora magis ut ſignificent
unam harũ duarũ diſpoſitionũ. ſ. ſani
tatis ⁊ egritudinis plus q̃ꝫ alterā: aut
que ſignificāt uno modo diſpoſitiōem
ſanitatis: ⁊ alio modo diſpoſitōeꝫ egri
tudinis: aut que ſignificant quandoqꝫ
diſpõnem ſanitatis: ⁊ quādoqꝫ diſpo
ſitionē egritudinis. ⁊ iſtorũ iteruꝫ eſſe
currit ſm tria tempa ſm ſimilitudineꝫ
qua currit eſſe ſignoruꝫ egritudinis: ⁊
eſſe ſignorum ſanitatis.

Audi ſermonē ei⁹ diſpōis. nā ipē ſignificat p ipm
ꝙ ipſe ſunt tres neutralitates. ⁊ ſi fueriſ memor
ei⁹ qō p̃terijt de expõne nr̃a ibi dixim⁹: ꝙ h̃ diſ
poſitio eſt cōpoſita ex ſanitate ⁊ egritudine: aut ſm cō
mixtionē vtriuſqꝫ: aut ſm compõneꝫ aliquarũ: tũc ſcies
ex ſignis ſanitatis ⁊ egritudinis ſigna haꝝ diſpõnũ triũ:
⁊ multiplica ea cũ abſoluto ſemp: ⁊ cũ abſoluto ſm plu
res diſpoſitōes: ⁊ cũ tempe p̃ñti: deinde multiplica vnũ
quodqꝫ hoꝝ triũ cũ p̃terito: ⁊ ſcies rememoratiua illius
diſpōis ⁊ futura: ⁊ ſcies indicatiua ei⁹ in p̃ñti: ⁊ ſcieſ eius
ſigna p̃ñtia: ⁊ ſcies per illud quod dixim⁹ lucrũ cuiuſlibꝫ
horũ ſignorũ. Et determinabit quidē Gal. in eo qō futu
rum eſt de eſſe ſignorũ: quia preparabit tibi vt inuenias 4
ex teipſo totum quo indiges ex eis.

Appellāt aũt hec omia q̇dem ſigna
a ueteribus medicis pronoſtica:

⁊ ſi pn̄tium aut p̄teritoꝝ aut futuroꝝ declarantia ſunt.

Et q̄zuis iam appꝛopīauim⁹ ſigna que ſignificāt reꝫ pn̄tem nomīe ſignificatiua: ⁊ ſigna q̄ ſignificāt rem futurā indicatiua: ⁊ ſigna q̄ ſignificāt reꝫ que iam fuit rememoꝛatiua: tñ nos iuenim⁹ antiquos noīaſſe oīa ſigna indicatiua: q̄uāuis ſignificent rem pn̄teꝫ uel rem q̄ iam fuit.

Sermo iſte eſt intellectus. 5

Et utilitas qdeꝫ magna: ⁊ demonſtratiuoꝝ ⁊ ꝓnoſticoꝝ: minoꝛ uero rememoꝛatiuoꝝ.

Et maioꝛ quidē utilitas nō eſt niſi ſignoꝝ ſignantiū rem pn̄tem aut futurā: unde utilitas ſignoꝝ rememoratiuoꝝ ei⁹ qd̄ fuit eſt minoꝛ illis.

Utilitas v̄o ſignoꝝ reꝫ pn̄teꝫ ſignificantiū eſt neceſſaria ī arte medicine ꝓpterea ꝙ opatōes medicine ꝑticulares oēs ꝓcedētes ⁊ pendētes ſunt ex eis: ⁊ ꝓpterea ꝙ ꝑ ſigna indicatiua ſcit̄ qd̄ futuꝝ eſt: ⁊ p̄paras ei qd̄ nec̄riuꝫ ē: ⁊ accipis ei p̄parationē ſuaꝫ: ⁊ ꝯſiliaris in eo an̄ pꝛeꝑationē ſuaꝫ: ſūt etiā ꝓpinq̄ neceſſarijs ī opationib⁹ medicine ꝑticularib⁹. ꝑ ſigna v̄o rememoꝛatiua nō fit iuuamentū in opationib⁹ medicine ꝑticularib⁹ cui ſit quātitas: ⁊ ꝓpter illud non ſūt neceſſaria neqꝫ ꝓxima neceſſarijs. 6

Exiſtentib⁹ uero ſanis: his qdē ſimpliciter: his uero ut nūc: q̄ ⁊ ſana dicunt̄ ſimplicit̄: ſanoꝝ coꝛpoꝛū duplicē dixim⁹ eſſe differētiaꝫ: hec qdeꝫ eoꝝ ſemꝑ eſſe talia: hec uero ut multū. ſemꝑ qdeꝫ talia quecūqꝫ hn̄t optimā cōpoſitionē: ut multū uero q̄cūqꝫ ab hac non multū deficiunt.

Et coꝛpoꝛa ſana ſm̄ duos modos dicunt̄: ex eiſ abſoluto ſmone: ⁊ ex eis ut nunc. Et iam dixim⁹ ꝙ coꝛpoꝝ q̄ dicunt̄ ſana abſoluto ſmone due ſūt ſpecies: ꝓpterea ꝙ q̄daꝫ eoꝝ ſūt ſana ſēꝑ ⁊ quedā eoꝝ ſūt ſana in plurib⁹ diſpoſitionib⁹. ſana qdeꝫ ſemꝑ q̄ ex eis ſūt ſm̄ melioꝛē foꝛmaꝝ. ⁊ ſana quidē in plurib⁹ diſpōnib⁹ ſunt q̄ ex eis diminuūt̄ ab illa foꝛma: ſꝫ nō ē diminutio eoꝝ mlt̄a.

Iterauit ſmonē ſuū Galien⁹ in coꝛpoꝛib⁹ ſanis vt faciat rememoꝛari aſpiciētеꝫ ī libꝛo ſuo ei⁹ qd̄ p̄terijt vt repn̄tet̄ ſemꝑ in mēte ſua in oī loco id qd̄ pendet cuꝫ eo: ⁊ ex eo ī quo p̄terijt ſmo. poſtq̄ꝫ enī ipſe adheſit ſuꝑ ſciam ſignoꝝ eoꝝ: facit nos rememorari ſmonis ſui in eis. 7

Cognitōes uero eoꝝ ⁊ ab inherētibus ſm̄ ſubſtātie eoꝝ rōneꝫ opoꝛtet fieri: ⁊ ab his q̄ nec̄citate hec ꝯſequntur effectib⁹ ⁊ caſib⁹: que etiā accidētia uocamus ꝓꝑꝛie.

Opoꝛtet ut ſignicet̄ ſuꝑ ea ex reb⁹ que ſunt ex eis in diffinitiōe ſb̄e eoꝝ: ⁊ ex opationib⁹ ⁊ accn̄tib⁹ que ſequnt̄ iſta neceſſario.

Signa copoꝝ ſanoꝝ tria ſūt. vnū eoꝝ ē qd̄ eſt aſſumptū ex eo qd̄ ineſt eis ī diffinitiōe eoꝛū ſubſtātie: ⁊ iſta ſigna ſūt nec̄rie verificatiōis. ⁊ ſcd̄a ſumpta ſūt ex opationib⁹ mēbꝛoꝝ: ⁊ iſta iteꝝ ſūt apparētis veritat]. ⁊ tertia ſunt ſūpta ex accn̄tib⁹ ꝯſequētib⁹ ab eo qd̄ eis eſt in diffinitōe ſubſtātie eoꝝ ꝯſequētib⁹ iteruꝫ ab opationib⁹: ⁊ iſta multotiēs ſunt veridica: ⁊ qd̄ ex eiſ mētit̄ raꝝ ē ſꝫ min⁹: qd̄ eſt optime tꝑantie ſigni. 8

Subſtātia qdeꝫ ipſa eoꝝ q̄ in optima compōne ſunt: cōtemꝑantia ſimiles quidē partes hn̄tiuꝫ in caliditate ⁊ frigiditate: ⁊ ſiccitate ⁊ humiditate. Oꝛganicoꝝ uero in quātitate ⁊ q̄litate cōponentiū ea: ⁊ adhuc in foꝛmatiōe ⁊ poſitione particulaꝝ uniuſcuiuſqꝫ ⁊ totius oꝛgani.

Subа qdeꝫ ipſa tunc qn̄ coꝛp⁹ eſt ſm̄ melioꝛē foꝛmā: nam ex ſigniſ ei⁹ eſt eq̄litas mēbꝛoꝝ ei⁹ partiū ſiliūm in caloꝛe ⁊ frigoꝛe: hūiditate ⁊ ſiccitate: ⁊ eq̄litas mēbꝛoꝝ eius inſtrumētaliuꝫ ī quātitatib⁹ partiū ex q̄bus ſunt cōpoſita: ⁊ nūero eoꝝ ⁊ foꝛma cuiuſlibet partiū ⁊ in loco: ⁊ foꝛma inſtrumētalis totius ⁊ loco eius.

Iam p̄terijt ex ſmone nr̄o ꝙ eq̄litas cōplexiōis vnoquoqꝫ mēbꝛo partiū ſiliuꝫ ē cōplexio ꝯueniens ei: ⁊ iſta quidē membꝛa diuerſa ſūt. ⁊ ex eis eſt membꝝ ſuꝑ qd̄ caliditas ē magna vincens ſic̄ caro. ⁊ ex eis eſt mēbꝝ ſuꝑ qd̄ eſt frigiditas vincēs: ſic̄ neru⁹. Et in coꝛpoꝛe q̄deꝫ toto qm̄ ꝓpoꝛtionalitas complexionū mēbꝛoꝝ ſimiliū partiū eſt ꝓpoꝛtionalitas ex q̄ fit cōpoſitio ſiue cōplexio coꝛpoꝛis equalis: ⁊ cōpoſitio mēbꝛoꝛū inſtrumētaliū. Eſt etiā duoꝝ modoꝝ. vn⁹ eoꝝ eſt cōpoſitio inſtr̄alis toti⁹: ⁊ alter ē cōpoſitio mēbꝛoꝝ officialiuꝫ cui⁹ exemplū eſt ꝙ man⁹ eſt mēbꝝ inſtrumētale vnū cōpoſitū etiaꝫ ex mēbꝛis inſtr̄alib⁹: ⁊ ſūt digiti: vola: rachета: ⁊ bꝛachiū: ⁊ adiutoꝛiū. Sunt g̊ man⁹ due diſpōnes: q̄ruꝫ vna eſt cōplexio toti⁹ man⁹: ⁊ altera ē cōplexio ꝑtiū ei⁹. Qum g̊ ꝯuenit cū equalitate cōplexiōis coꝛpoꝛis vt ſint mēbꝛa inſtr̄alia ⁊ equalis cōplexiōis in duob⁹ mōis ſimul: ille g̊ res ſūt ſigna ſūpta ex diffinitōe ſubſtātie coꝛpoꝛis: quib⁹ ſcit̄ melioꝛ foꝛmaꝝ. 9

Ab hiſ uero que ex neceſſitate hec ſequūtur: ſimiles quidē ꝑtes habētia: quātum quidē ad tactū in duricie ꝛ mollicie mediocritas: quātum ad uiſum bon⁹ color: et ſm lenitatē ꝛ aſperitatem mediocritas.

Ex rebus autē que cōſequūtur neceſſario: qm̄ ex ſignis que cōſequūtur membrū ſimiliū ꝑtium eſt qđ declaratur ſenſui tactus: ꝛ eſt equalitas inter duriciem ꝛ lenitatē: ꝛ ex eis eſt quod oſtenditur ſenſui uiſus: ut eſt bonitas coloris: ꝛ eſt equalitas inter paucitatē piloꝝ: ꝛ eorum multitudinē.

Poſtq̄ oſtendit ſigna ſumpta ex corꝑis ſubſtātia ſignificātia meliorē formarū: incipit oſtendere ſigna ſignificātia hanc formā ex eis que ſequūtur hanc formā ex accidētib⁹: ꝛ dicit ꝙ ipa in membris ſiliū partiū ſunt due res: quarū vna eſt que declaratur ꝛ apparet ſenſui tactus. nam quādo tu ponis manū ſuper corpus inuenis ipſum equale inter duriciē ꝛ lenitatē: ꝛ alia eſt que declaratur ꝛ apparet ſenſui viſus. Nam quādo tu aſpicis corpus: inuenis ipſum boni coloris temperatū inter paucitatē pilorū ꝛ multitudinē eorum. 10

Secūdum uero effectus operationum ꝑfectio: quam ꝛ uirtutē eorum nominamus.

Et ex eis qđ appet in opatiōibus: ꝛ eſt complemētū eaꝝ: qđ nominauit ipaꝝ bonitatem.

Oſtendit per hūc ſermonē: ꝙ ſignificātia meliorem formarū ſumpta ſunt ex operatiōibus mēbrorū partiū ſimiliū: vt ſunt operatōnes eorum complete: ꝛ oſtendit ꝙ complemētū eorum eſt illud qđ nomināt medici bonitatē eorum. 11

Eorū uero que organica cōſequūtur in coequalitate ꝛ pulchritudine omnis corꝑis organicoꝝ: ampli⁹ et inherentiū eis effectuū in uirtute. Optime ergo cōpōnis corꝑis demōſtratiua ſigna ſunt hec.

Et ex ſignis q̄ ſequūtur mēbra miniſtralia ē equalitas inſtrumētalis cōis corꝑis toti⁹ ꝛ bonitas ei⁹: ꝛ uirtus opatōis: que ſunt ꝑ ea.

Oſtēdit per hūc ſermonē duas res: quarū vna ē que cōſequitur ab equalitate compōnis mēbroꝝ inſtrumētaliū corꝑis: cōſequitur enī eam vt ſit totum corp⁹ equale pulchre forme: ꝛ ſignificant iſta ſigna meliorē formaꝝ. Et altera eſt ꝑfectio opationū mēbrorū inſtrumētaliū: quā nomināt virtutē eoꝝ ꝛ bonitatē: ꝛ illa ſignificant meliorē formarū. 12

Eorū uero q̄ qdē deficiūt ab hac ſana uero ſunt: hec quidē i ſimiles ꝑtes habētiū lapſa ſunt ſm cōtꝑantia ſm ꝑuū quēdam lapſum. hec uero ꝛ in coequalitate organicoꝝ ꝑuū aliquid. ꝛ hic lapſus aut ē omniū: aut aliquorū: aut ſm utrūq̄.

Ex corꝑib⁹ autē q̄ iā diminuūtur a meliori formaꝝ ſed ſunt adhuc i ſua ſanitate ſunt illa in quib⁹ eſt leſio i complexiōe membrorū ſimiliū ꝑtiū: ꝛ ē cū hoc ꝑua. ꝛ ex eis eſt in quib⁹ eſt leſio in compōne mēbroꝝ inſtrumētaliū: ꝛ illa leſio iteꝝ ē ꝑua. ꝛ leſio qdē in cōcluſiōe mēbroꝝ ꝑtiū ſimiliū: aut ē in ꝯpoſitōe mēbroꝝ inſtrumētaliū: aut in omnib⁹ aut in quibuſdam eorum.

Poſtq̄ poſuit ſigna ſignificātia meliorē formaꝝ: incipit oſtendere ſigna ſignificātia formā q̄ eſt minor ea pauca diminutōe: ꝛ ē forma corꝑū ſanorū ſm plures diſpōes. Et leſio in cōplōne ē vt in ꝯplone mēbroꝝ ꝑtiū ſimiliū ſit addita q̄dā q̄ttuor qualitatū: aut minuatur ab eo quod cōuenit ei. Et leſio in cōplōne mēbri inſtrumētalis eſt aut in numero ſuo: aut in q̄titate: aut forma: aut ſitu ſuo. Et conditionauit vt ſit leſio pauca: ꝛ leſio ꝑ ꝯſeq̄tur ab illo vt ſit ſanitas ei⁹ ſm plēs diſpōnes: ꝛ leſio ꝑua ſm ſniam eiuſ eſt que nō appet ſenſui. Et medici qdē nomināt eam debilitatē membri. attēde ergo ſermonē eius: ꝛ intelligas ipm ſm ꝙ oportet. 13

Genera autē lapſuū eadem ſunt cū his que uirtutē coꝝ complēt temperantia in habentib⁹ ſimiles partes: numerus uero ꝛ formatio: ꝛ magnitudo: ꝛ poſitio in organicis: utriſq̄ uero cōe unitas: quā ꝛ cōtinuitatē eorum nominauimus.

Et genera leſionū ſunt genera rerum quib⁹ complētur uirtus eorū: ꝛ ſunt in mēbris ꝑtiū ſimiliū cōplexio: ꝛ etiam in mēbris inſtrumētalibus: numerus: quātitas: forma: ſitus: ꝛ continuitas cōis inter eas.

Silentiū Gal. de ſcia ſignorū ſignificantiū corꝑ⁹ ſanum in hora preſenti: ſignificat propter illud quēadmodū ſigna ſanitatis vt multum remota ſunt a meliore formarū: eodem modo ſigna ſanitatis vt nūc remota ſunt: ſed maiori remotōe a meliori formaꝝ: q2 ſunt itellecta diminutōe ꝑua cū ꝟtute ſui ſmōis in ſignis corꝑū q̄ minuūtur a meliori formaꝝ diminutiōe ꝑua. Et ꝑ ſermonē ſuū: genera leſionū ſunt genera rerū q̄bus complētur eorū virt⁹ et ſunt in mēbris ſimiliū ꝑtiū complexio: ꝛ in mēbris inſtrumētalib⁹ numer⁹: q̄titas: forma:

ꝛ ſit⁹.ꝛ ꝯtinuitas cõis inť vtraqꝫ: vult qꝫ virt⁹ mēbꝛoꝝ ꝑtiū ſimiliū eſt ꝑfectio oꝑationū eoꝝ: ꝛ cõplemētū oꝑationū eoꝝ nõ fit niſi ab equalitate complexiõis eoꝝ. qum ergo nõ eſt cõplexio eoꝝ equalitas: tūc ingredit ea leſio: ꝛ exponit qꝫ hec leſio eſt malicia compl'onis: ꝛ virt⁹ mēbꝛoꝝ inſtrumētaliū eſt ꝑfectio oꝑationū eoꝝ: ꝛ ꝑfectio oꝑationū eoꝝ nõ ſit niſi ab eq̄litate compſitõis eoꝝ in vnoquoqꝫ quattuoꝛ que noīauit.ſ.numero: q̄ntitatibꝰ: forma: ſitu. Qum ergo ꝯpõ eoꝝ nõ eſt equalis: tūc ingredit ſuꝑ ea nocumētū. Deinde dixit: ꝛ cõtinuitas cõis inť vtraqꝫ.ſ. inter mēbꝛū ſimiliū partiū: ꝛ mēbꝛa inſtr̃alia: et leſio intrãs in ea eſt ſolutio cõtinuitatis. 14

In eiſdem uero ipis generibus laſuū ꝛ egroꝝ coꝛpoꝝ eſt uitium ſm ſingulū egri ſignificatū. Terminus uero utriuſqꝫ diſcretiuus eſt oꝑatiõis ſenſibilis leſio.

Et in iſtis generibus .i. infirmis eiſdem eſt uitiū infirmoꝝ coꝛpoꝝ ſm quãqꝫ duaꝝ intētionū quas nomē illud cõtinet: ꝛ intelligas eſſe utriuſqꝫ. Et termin⁹ quo fit ſeꝑatio coꝛpū ſanorum ꝛ infirmoꝝ inter utraſqꝫ: eſt ſenſibilis oꝑationū leſio.

Genera leſionū ſunt tria. Leſio accidēs in oꝑatione mēbꝛoꝝ ſimiliū ꝑtiū: ꝛ leſio in ꝯpõne inſtrumentaliū mēbꝛoꝝ accidēs: ꝛ leſio accidēs in cõtinuitate mēbꝛoꝝ. ꝛ vna duarū intentionū quas ꝯtinet nomē coꝛpoꝝ infirmoꝝ eſt coꝛpa egrotatiua ꝛ alia coꝛpoꝛa infirma. Et dr̃ia inter vtraſqꝫ eſt: qꝫ nocumētū oꝑatõis in egrotatiuis eſt inſenſibile occultū: ꝛ in coꝛpibus infirmis eſt apparēs ſenſibile. 15

Ho optima uero deficiētia cõpoſitione coꝛpoꝛa quidem breue leſa ſunt ꝛ ipa ſm ueritatem: non tamen ſenſibile eſt hoc.

Supꝛa coꝛpoꝛa uero que minuūť parū a melioꝛe foꝛmarū ingrediť leſio ex modis aliquibus: uerū illud eſt inſenſibile.

Vult.ſ. qꝫ ſuꝑ coꝛpoꝛa ſana diminuta a melioꝛe foꝛmarū ingrediať leſio aliquib⁹ modis.ſ. aut in compl'one membꝛoꝝ ſimiliū partiū: aut in cõpoſitione membꝛoꝝ inſtr̃aliū: vnde illa leſio occulta eſt valde ꝛ inſenſibilis. 16

Determinat autem ea magis ꝛ minus in operatõnibus ꝛ egris cauſis repugnare.

Cognitio eoꝝ ē ꝑ ꝯꝑatiõez in oꝑatõib⁹ ꝛ in reſiſtētia cauſ infirmãtibus: ꝓpterea qꝫ ſupꝛa coꝛpa egrotãtia ꝛ egra ꝛ coꝛpoꝛa diminuta parūper a melioꝛe foꝛmarū oīo ingrediť leſio.

Dedit Gal. in hoc ſermone canones in cognitõe iſtoꝝ ab illis ꝛ dixit: Illud cui⁹ eſt hec intentio coꝛpoꝝ egrotatiuoꝝ oꝑatões ſunt magis diminute: ꝛ reſiſtētia eoꝝ cauſ infirmãtib⁹ eſt debilis. ꝛ coꝛpoꝝ diminutoꝝ parūper a melioꝛe foꝛmaꝝ oꝑationes ſunt ꝑfectioꝛes: ꝛ reſiſtētia eoꝝ cauſis infirmatib⁹ ē vehemens ꝛ iſta coꝛpa cõparãť in ſanitate ſm comꝑatiõem operationū eoꝝ ꝛ cõparationem reſiſtētie eoꝛum cauſis infirmantibus. 17

Simpl'r uero egra coꝛpa determinata ſunt eo qꝫ facili⁹ ab egriſ cauſis uincãť: ꝛ ab eo qꝫ ſm multū aliquid ſm uirtutē oꝑationū delinquať.

Coꝛpoꝝ aūt que dicūtur eſſe egra ſermõe abſoluto cognitio eſt per hoc qꝫ cauſe infirmãtes cõuertūt ea uelocius: ꝛ dominãtur eis facile: ꝛ ꝓpter hoc qꝫ diminutio eoꝝ in uirtute operationū eſt multa.

Hec eſt illa differētia inter egrotatiua coꝛpoꝛa et diminuta a melioꝛe foꝛmarū parūꝑ. coꝛpoꝛa.n. egrotatiua vincūt velociter cauſe infirmantes ꝛ dominãť eis facile: ꝛ diminutio eoꝝ in foꝛtitudīe operationū eſt multa apparēs: ſed nõ eſt illud coꝛpib⁹ diminutis parū a melioꝛe foꝛmaꝝ. 18

Sunt uero hoꝝ utroꝝūqꝫ i medio neutra: ꝛ que uere dicunť neutra ꝛ que cum latitudine quadã.

Sunt ergo coꝛpa que nõ ꝓpoꝛtionãtur ad ſanitatē: neqꝫ ad egritudinē media iter has duas ſpēſ diſpõnum: ſiue ſint illa coꝛpa ex illis que uocanť taliter ſm ueritatē: ſiue ſint ex eis quib⁹ latitudo aliqua ineſt.

temporis pñtis: aut ꝑpter ſupfluitatē caloris ei⁹: aut pp etatē infantie: aut ꝑpter etatē ſenectutꝭ: aut qm̄ corpus eſt debiliſ virtutꝭ: aut cā alia: aut triſticia: aut raritaſ: aut timor: aut aliud. Quʒ ḡ inuenim⁹ in corpore repletioneʒ ſupfluā: ⁊ virt⁹ eſt fortis tolerās: euacuam⁹ illud corpus euōne ſūpflua: aut p phlebotomiā aliquaꝝ venaꝝ: aut p medicinā ſolutiuā: aut per ſodorē ⁊ exercitiū ſupfluū. ꝙ ſi virtus eius eſt debilis nō tolerās: euacuam⁹ corp⁹ paulatim oī die pteʒ vſqʒq° deſtruat repletio ſupflua. Et quʒ Ga. docuit ī h̄ li. illud qd̓ intelligit diſcipul⁹: ⁊ pfect⁹ medic⁹ in arte: p̄cepit ī curatōe repletōis ſupflue euōneʒ fieri equalē: hec. n. euacuatio ꝯfert ī repletōe ſupflua ⁊ non nocet corporib⁹ debilib⁹ nocumēto magno. facit ḡ ſcire modū curatōis ꝯuenientē oīb⁹ corporib⁹: donec nō erret aliq̇s ex eis qb⁹ nō eſt ſtudiū: ⁊ attrabit ſup q̄daʒ corpora nocumentū magnū p euōneʒ ſupfluā. qd̓ eſt: qr magis ꝯueniēs ⁊ maiorē cautelā faciens ē euacuatio equalis. ⁊ ſanguis q̄ in venis eſt nō eſt pur⁹: ſʒ ſūt oēs hūores ſup quos vicit ſanguis nā. ⁊ melior euacuatio ī hac ſpē egritudis ē phlebotomia. ꝙ ſi nō tolerat eaʒ etas ⁊ virt⁹ ⁊ temp⁹: tūc ventoſe ⁊ ſcarificatōes ſūt meliores ſup calcaneos. ſi v̇o nō tolerat illud: tūc minoratio cibi ⁊ pot⁹: ⁊ aſſiduatio ſudoris ⁊ motus cū aere balnei ⁊ cū fricatione eſt melior. 140

Quibuſcūqʒ uero circa uentreʒ ⁊ inteſtinū ⁊ tracheā arteriam ⁊ pulmone putredo aut ſanguis ꝯtinet: pfecta euacuatione indigent.

Et ſimilr etiam qñ aggregat in ſtomacho aut inteſtino aut i cannali pulmonis: ant in pulmone ſanies aut ſāguiſ: tūc nece eſt ipʒ totū euāre.

Illis aūt qd̓ aggregat in vētre aut ī inteſtino euacuatio eſt cū medicinis q̄ abſtergūt ⁊ leniūt nāʒ ſic hydromel ⁊ aq̄ ficuū: ⁊ cū cibis abluentib⁹ ſic ſimila hordei ⁊ aq̄ ei⁹. Ei⁹ aūt qd̓ aggregat in cānali pulmonis aut ī pulmōe euō eſt cū medicis q̄ faciūt euenire tuſſim ⁊ alleuiāt ſputū. Et oʒ vt ꝯſideres illud qd̓ aggregat in īſtrumētis pectoris: ⁊ ſi ē ſubtile nō aſcendēs cū tuſſi: ingroſſa illud cū medicinis q̄ faciūt illō groſſū viſcoſū: ⁊ illud ingroſſant: ſic amidū ⁊ decoctio ſebeſten: ⁊ ſe. papa. ⁊ ſi eſt groſſū viſcoſū: ⁊ nō tolerat ipʒ aer exterior cū tuſſi: ſubtilia ipm: ⁊ incide ipm ſi iuenerꝭ cū oxymelle ſq̄llitico ⁊ ſecaniabin ⁊ medicinis que incidūt, ⁊ ſubtiliāt ⁊ faciunt facile ſputuʒ. 141

Aſpplioris uero cibi ⁊ potus recētis adhuc ſʒ euātiōeʒ correctio ē.

Et quādo in uentre eſt ſupfluitas cibi ⁊ potus cui⁹ temp⁹ non elongatur: tunc medicatio eius eſt euacuatio partis ipſius.

Quando i ſtō eſt cib⁹ ⁊ pot⁹: ex multitudie cuius ꝯſequit vt debilitet a cōprehēſione ſup ipʒ ⁊ decotiōe ei⁹: tūc medicatio ei⁹ eſt vt euacuet pars ei⁹ p vomitū: qñ non ē longinquʒ temp⁹ eius donec ſtomachus ſit tolerans reſiduū eius. 142

Quecūqʒ igitur in pulmōne ⁊ thorace continent: cū tuſſibus qdeʒ euātio ē ⁊ pharmacijs extenuātib⁹.

Et qñ ſupfluitas eſt in pulmōe uel in pectore: tūc euacuatio ei⁹ eſt p tuſſim cū medicinis ſb̄tilib⁹.

Iam diximus exempla harum medicinaꝝ in eo qd̓ preterijt. 143

Quecūqʒ uero ſm epar aut uenas aut arterias aut lūbos aut p urinas aut p uentrē debent euacuari: ſʒ p urinas quidē ab extenuātib⁹ uehementer: per uentreʒ uero attrahentibus et aperientibus.

Et qñ ſupfluitas eſt in epate aut i uenis aut i renib⁹: tūc euacuatio ei⁹ eſt aut p urinaʒ aut p ſolutionē uentris. ⁊ euacuatio eius p urinā fit cū medicinis q̄ ſubtiliant ſubtiliatiōe forti. ⁊ euacuatio ei⁹ p ſolutionē uentris fit cū medicinis que attrahūt ⁊ aperiūt.

Ex epate v̇o poſſibile ē euacuare ſupfluitatē p vrinā ⁊ p ſolutionē ventrꝭ ſil' ſm terminū vnū: ⁊ ſilr eſt diſpō in venis: nam euacuatio ſupfluitatꝭ eis ē poſſibilis p vrinā ⁊ p ſolōneʒ ventrꝭ. ex renib⁹ v̇o ſupfluitatis euacuatio p vrinaʒ ē magꝭ poſſibilis q̄ʒ ſit p ſolōnē ventris. ⁊ Ga. q̄deʒ iam narrauit medicinas ꝓuocātes vrinā canone cōi: ⁊ eſt vt ſint medicine q̄ ſubtiliēt ſubtiliatiōe forti: ſic ſemē apij ⁊ p̄cipue ſilueſtrꝭ: ⁊ ſemē ſparagi ⁊ reliqua ſemia: ⁊ medicine q̄ ꝓuocāt vrinā cū virtute. ⁊ narrauit etiā medicinas ſolutiuaſ ex canone cōi: ⁊ eſt ꝙ ſint medicine q̄ attrahūt ſupfluitatē inferi⁹ ⁊ aperiūt meat⁹. Et Galien⁹ q̄deʒ docet ī tractatu q̇nto de medicinis ſimplicib⁹: ꝙ nō eſt via ad cognitionē medicinaꝝ ſolutiuarū p rōcinatōeʒ: ſʒ ipſe ſciunt p expimentū: ſic ſcamonea ⁊ pſ̄pa colloq̇ntide ⁊ agaric⁹ ⁊ polipodiū ⁊ turbit. 144

Quecūqʒ igit ſm ſupiorē uentreʒ p uomitū: quecūqʒ uero ſm inferioreʒ p ſubductionē.

Et quādo ſupfluitas eſt in ſtomacho: tunc euacuatio ei⁹ eſt p uomitum. ⁊ qñ eſt in inteſtinis: tunc euacuatio eius eſt per ſolutionē uentris.

Iſte ſermo eſt intellectus. 145

Quecūqʒ uero ſb̄ cute, p inciſioneʒ aut cautiū aut pharmaca cauſtica

Et quādo ſuperfluitas eſt ſb̄ cute: tūc euacuatio ei⁹ eſt p apertioneʒ ⁊ per cauteriū aut per medicinas comburentes.

Intelligit p hanc ſupfluitatē illud qd̓ aggregat de ſanie ⁊ putredine ī apoſtematib⁹ que putrefiunt: ⁊ ipe dic ꝙ euātio h⁹ ſaniei fit trib⁹ modis: aut p apertionē loci ⁊ euātionē ſaniei ex eo: aut p cauterizationeʒ

eius cum igne vt finiat ignis ſaniē ⁊ exſiccet quod rema
net ex ea: aut per medicinas ↄburētes ⁊ ſunt ille que no
minanť cauterizātes: ſicut calx nō abluta: ⁊ arſenicū ci-
trinū ⁊ rubeū: ⁊ ſal armoniacū: ⁊ que currūt hoc curſu
ex medicinis comburētibus. 146

Ita uero ⁊ quecūqȝ ſm concauita
tem naturalem ut in thorace.

Et quādo euacuať etiā ſupfluitas
que eſt in cōcauitate naturali hac
uia: ſicut illud quod fit quādo aggrega
tur in pectore ſanies.

Per hanc viā innuit cauteriū p ignē aut p medici
nas cōburētes ⁊ cauterizātes. nos aūt cauteri-
zam⁹ pect⁹ aut ponim⁹ ſup ipm medicias cauteri
zātes: ⁊ euacuam⁹ qđ aggregať in eo de ſanie. ⁊ nos qdē
nō facim⁹ illud niſi poſt mūdificatōem corpis donec nō
attrahať ad pectus ⁊ trahať ad ipſum a corpore materia
alia que altereť ⁊ fiat ſanies ſimilis prime. 147

Uno uero capitulo horū quidem
que a toto genere ſunt pter natu
raȝ in quibuſdā ptib⁹ contētorū intētio
curatōis ablatio eſt. ſi uero impoſſibile
eſt ita fieri: tranſpoſitio fiat ad minus
periculoſum locum.

Et uniuerſalr quia quādo eſt in ali
quo mēbrorū corpis res retēta ⁊
eſt gen⁹ illi⁹ rei egrediēs a natura: tūc in
tētio in ſanatōe ex ea eſt euacuatio eius
ſi aūt nō eſt poſſibile illud quod cōplet
hāc intētōem: tūc intētio ſecūda i ſana
tiōe ex ea eſt permutatio eius.

Iſte canon eſt ↄphēdēs oēm ſupfluitatē egredi
entē a nā: ſiue ſit illa ſupfluitas opilatio ī meatu
aut ſanies aggregata aut repletio aut aliud. naȝ
curatio ei⁹ melior eſt extractio ei⁹ a corpe ſicut eūatio ei⁹
p medicinā ſolutiuā aut p vrinā aut p phlebotomiā: aut
p aptōȝ: aut p ſputū: aut vomitū: aut p gargariſmū: aut p
ſanithi. i. qn̄ fricāť gingiue cū corticib⁹ vel alijs reb⁹: aut
p emūctōem: aut p ſternutatōem. ꝙ ſi nō ē poſſibilis ex-
tractio ei⁹ a corpe: tūc curatio ei⁹ eſt pmutatio in quo eſt
ad locū aliū in quo ſit nocumētū ei⁹ ſecuri⁹ ⁊ ppiquioris
acceptōis qȝ nocumētū eius in pmo membro. 148

Quecūqȝ uero nō ſunt toto gene
re preter naturā ſed ſcōm quanti
tatem: intentio horum ſanandorū tm̄
ſuperflui euacuatio eſt.

Etiam quando rei coartate in mē
bro non eſt genus a natura egre
diens ſed quantitas eius: tunc intētio
eius in medicatione eſt euacuatio par
tis eius.

Supfluitas eſt trib⁹ modis. vna earū ē ſupfluitas
ledēs q̄litate ſua ſi q̄litas ei⁹ tm̄ ē egrediēs a nā
ſicut ſanguis qn̄ calefit: ⁊ facit febrē ephimerā: tūc inten
tio in medicatōe ei⁹ eſt reducere ipm ad cōplōnē ſuā. Et
ſecūda eſt ſupfluitas ledēs q̄titate ſua ⁊ q̄litate ſil: ⁊ hoc
gen⁹ eſt egrediēs a nā ſicut ſanies que gnāť ⁊ aggregať i
quibuſdā mēbris: ⁊ eſt ſpēs opilatōis. Intētio ḡ in hac ē
extrahere eā totā a corpe. Et tertia ē ſupfluitas ledēs q̄n-
titate ſua tm̄: ſi q̄titaſ ei⁹ tm̄ eſt egrediēs a nā ⁊ qualitas
ei⁹ eſt cōueniēs: tūc intētio eſt in hac extractio ptis eius
ſeu extractio q̄titatis ei⁹ addite tm̄: ſicut ſi hō comedit
cibū cōuenientē: verūtamē multitudo ei⁹ puenit ad h̄ ꝙ
ſtomach⁹ nō pōt cōtinere ipm ⁊ coquere ipm: ⁊ ſicut eſt
repletio facta in venis. nā intētio in iſtis duob⁹ eſt extra
ctio vtriuſqȝ ptl. cibi qdē ptl ē extractio p vomitū: ⁊ parti
repletōis in venis eſt extractio p phlebotomiā. 149

Intentio uero ſanandoruȝ ſcōm
partem quidem aliquaȝ ex ipa ac
cipitur diſpoſitiōe: plurima uero ex pa
tientibus particulis.

Et inuentōis cārum ſanatōis ps
eſt ex ipſa egritudine: ⁊ plurimuȝ
eius ex membro eſt in quo ē egritudo.

Cauſe ſanatōis ſunt treſ quib⁹ medicať ſicut cibi
⁊ medicine: ⁊ curatio cū manu: ⁊ regie. Et Gal.
docet in hoc ſmone ꝙ cognitio que eſt neċaria
ex illis cauſis eſt ſumpta a nā egritudis. nā qn̄ tu cogſci
egritudinē que eſt: ſcis p hāc cognitionē cauſas ſanātes
eā: ⁊ ſunt cōtrarie naturales. Hoc ē ḡ capitulū pmū co-
gnitōis cauſarū ſanātiū: ⁊ poſt ipm ſunt capitula maio-
ra eo. quod eſt: quia ſnīa Gal. in eo ē: qꝛ ē min⁹ capitulū
capitulorū medicine ⁊ magis iuuatiuū: ſicut oſtendit in
libro ſuo de ingenio ſanitatiſ. Et ppter illud dixit hoc ꝙ
ps cognitōis iſtaꝝ cauſarū ē ex ipſa egritudine: ⁊ plimū
ei⁹ eſt ex mēbro infirmo. ſȝ ex mēbro infirmo ſciť illud qđ
eſt neceſſariū ex cauſis ſanātib⁹ egritudinē multo plus
q̄ ſit cognitio cauſarū ex ſciētia egritudis: ergo cognitio
cauſarū ſanantiū ex mēbro infirmo eſt mai⁹ capitulū ex
capitulis medicine: ⁊ ſublimi⁹ eis in curatōe egritudinis.
quod eſt: quia natura mēbri ſignificat illud quod eſt ne
ceſſariū ex medicis ⁊ curatōe: ⁊ ſilr eſt diſpō mēbri i pn-
cipatu ſuo ⁊ vltimitate ſua ⁊ loco ſuo ⁊ diſpōne contra
rietatis ei⁹ ad aliud: ⁊ an ſit ei meat⁹ ⁊ alia. Jam. n. oňſuȝ
eſt in eo quod pteriȷt ꝙ ex opilatōne cognoſciť ſignifica
tio. qđ ē: qꝛ oȝ vt apianť meat⁹ in eo in quo ē ⁊ eradiceť
opilatio tota. hec ē ḡ ſignificatio ſūpta ex egritudie ipſa
ſm ꝙ fit iuuamētū p ipam in curatōe ei⁹: ⁊ nō ē h̄ ſigni
ficatio res vna ⁊ eadē in omni opilatōe: ſȝ fit diuerſa di-
uerſitate multa ſm diuerſitatē mēbroꝝ: cui⁹ exemplū ē:
qꝛ poſſibile ē vt in veſica intromittať alchatatir ⁊ ſeceť
⁊ egrediať ex ea lapis qui ē opilatio i ea: ⁊ i pupilla poſ-
ſibile ē vt remoueať aqua q̄ aggregať in ea ⁊ in inteſtino
poſſibile eſt vt clyſterizeť cū eo qđ remouet ab eo opila-
tionē: ⁊ poſſibile ē in pectore vt deť in potu hn̄ti ipm qđ
alleuiat ſputū. ⁊ vene poſſibile ē vt euacueť p phleboto-
miam aut p medicinā ſolutiuā aut p medicinā puocātē
vrinā. ⁊ opilatio que ē in neruo indiget eo qđ ſubtiliat
ipm ⁊ abſtergit ⁊ euacuat ſupfluitatē nerui. ⁊ ſm h̄ exē-
plū indiget vnūquodqȝ membrorū eo quod eſt aliud ab
eo quo indiget aliud. ⁊ ppter illud ſermo eorū qui dixiť
ingenio: quia ſufficit in curatiōe egritudinis vni⁹ ſignifi-
catio ſumpta ex natura eius: falſus eſt. 150

Quecūqȝ uero aſpa facta ſūt pter

naturaꝫ: eam que ſm naturā eis adducendū eſt lenitatē: ſm os quidez radentes: ſm tracheā uero arteriā aut liguā lenientez per humida ſine mordacitate ⁊ per glutinoſa.

Et quodcūqꝫ membrū ingreditur a natura ſua per hoc ꝙ exaſperat᷑: tūc oportet ut ingeniet᷑ in reductiōe lenitatis ſue ſuper ipſum: ⁊ illud fit in oſſe qdem cum fricatōe: ⁊ in cānali quidem pulmonis et lingua per humiditatem uiſcoſam cui nō eſt mordicatio.

Iſta ſunt exempla curatōis aſpitatis egrediētis a natura vt eat ſup eam in reliqs mēbris: in oſſe quidē quādo accīt aſpitas ſicut accīt multotiēs lingue: lenimꝰ eam cū fricatōne cū meſeigith. i. cū corticibus nucū ⁊ alijs. Quādo vero accīt in palpebris: tūc lenimus eā p fricatōem cū zuccara aut ſpatumeli noīato hyencinciū. qñ vo accīt in cānali pulmonis: tūc lenimꝰ eaꝫ cū coagulo vue. i. cū medulla vuaꝝ paſſaꝝ vel cū lacte recēter mulſo: ⁊ cū decoctōe ficuū: ⁊ cū oleo amigdał. Qñ vo accīt i ligua vel ore ſic̄ accīt in qbuſdā egritudibꝰ acutis vel febribꝰ: tūc lenimꝰ eā cū mucilagine ſemis cyconiorū ⁊ zuccara ⁊ neboth. i. candi cū iuleb ⁊ cū aq̄ hordei ⁊ cū aq̄ ğnati dulcꝭ. Iā ğ appet ꝙ diuerſitas mēbroꝝ ē capitulū magnū in mutatōe ſpēi reꝝ qbꝰ medicat᷑. 151

Que cunqꝫ uero lenitatem preter naturam habent: eam que ſcōm naturā eſt eis adducendū aſperitatem per pharmaca ſufficiēter riptica et per breuem raſuram.

Et quodcunqꝫ membrū egredit᷑ a nā ſua per hoc ꝙ ſit lenius q̄ꝫ oportet: tunc oportet ut ingeniet᷑ in reductione aſpitatis eius naturalis ⁊ illō quod fit in quibuſdaꝫ membris cum medicinis que abſtergūt abſterſiōe forti: ⁊ in quibuſdā eoꝝ cum fricatōne parua.

Intētio in curatōe aſpitatis iam fuit intētio vna ⁊ ē lenificatio: ⁊ diuerſificat᷑ ſm diuerſitatē mēbroꝝ: ⁊ ſilr ē intētio i curatiōe lenificatōis vna ⁊ ē exaſpatio: verūtñ diuerſificāt᷑ ſm diuerſitates mēbrorū. qdā. n. mēbra qñ leniūt᷑ indigēt in reditiōe ſue aſperitatꝭ nālis medicis q̄ abſtergūt abſterſiōe forti vt abluat᷑ humiditas viſcoſa q̄ leniuit mēbꝝ aut ſordicies aggregata i ſupficie mēbri ſicut exaſpat᷑ matrix lenificata cū lana in q̄ ponit᷑ hūiditas cū baurach. ⁊ qñqꝫ indigēt medicis abſtergētibꝰ cū v̄tute vt mordicēt ea ⁊ faciāt i eis euēire aſpitatē ſic̄ fit qñ miſcemꝰ cuꝫ hydromelle pip tritū: ⁊ ſic̄ facimꝰ in dādo ſecaniabī fortꝭ acetoſitatꝭ. ⁊ qñqꝫ accīt i vlceribꝰ vt detegāt᷑ qdē oſſa ⁊ fiāt leniora q̄ꝫ oꝫ. fricamꝰ ğ ea cū pāno lineo aut exaſpamꝰ ea cū re alia vt ſuſpēdatur cum eis caro que naſcit᷑ in eis. 152

Que cunqꝫ uero emphraxes et anguſtationes egritudines alias ſequnt᷑: curandum eſt prius illas.

Et quādoqꝫ eſt opilatio aut cōſtrictio ſequēs egritudines alias: tūc oportet ut intendat᷑ in primis intentio medicationis illarum egritudinuꝫ.

Significat ğ Galꝭ. in hoc ſmone ꝙ medicatio diuerſificat᷑: ⁊ qñqꝫ accīt egritudo ab egritudine alia: ⁊ ſanat᷑ ſecūda ſanatōe prime. 153

Oſtenſum eſt autē in tractatu de egritudinū differentia: ꝙ de phlegmonibus ⁊ ſcliroſi ⁊ inflatōibus ⁊ ſiccationibus immoderatis adhuc ⁊ ineptis figuris ipſorū cōtinētiū corporuꝫ conſequūtur plerūqꝫ ea que dicta ſunt queadmodū ⁊ tu moribus quibuſdam eorū que ſunt in circuitu corporum.

Et iam oſtendimus in tractatu in quo narrauimus ſpecieſ egritudinum: ꝙ opilatio ⁊ ſtrictura conſequit᷑ multotiens apoſtemata calida ⁊ dura ⁊ mollia ⁊ ſiccitatē ſuperfluā: ⁊ figuraſ malas que accidūt in membriſ que currunt in illis meatibus qui opilātur aut conſtringunt᷑ in eis.

Iſte tractatꝰ eſt pmꝰ liber de morbis accñtibꝰ: ⁊ apoſtema ē egritudo cōpoſita ex malicia cplōnis ⁊ ex q̄ntitate ⁊ figura. ⁊ qñqꝫ fit ab eo egritudo noīata opilatio qñ apoſtema fit in qbuſdā cōcauitatibꝰ meatuū: ⁊ ſilr verruce. ⁊ qñqꝫ fit ab eis ſtrictura qñ apoſtēa ē ad latꝰ mēbri in quo ē meatꝰ: ⁊ coartat ipm donec cōſtrīgit᷑ eiꝰ meatꝰ: ⁊ ſiccitas ſupflua ē ex egritudinibꝰ malicie cplōnis: ⁊ accīt ex ea opilatio aut cōſtrictio quādo ī mēbro accīt hec egritudo in quo ē meatꝰ: tūc ꝯbit ip ſuꝫ aut exſiccat humiditatē currētē ī meatibꝰ eiꝰ ⁊ ſtat ⁊ nō currit: ⁊ figure ſūt. ⁊ accīt ab eis opilatio aut ꝯſtrictio qñ mutat᷑ figura mēbri dōec īuoluat᷑ aut torqueat᷑. 154

Si uero adinuicē eoruꝫ que dicta ſunt amplectūtur aliqua: oſtenſiones habebunt uarias.

Et quando componunt᷑ iſte res ad inuicem ſunt ſpēs ſignificationis ſcōm illud quod medicant᷑ multe diuerſe.

Hec ē cōcluſio totiꝰ eiꝰ qō expoſuit in h̄ ꝙ ſignificatio ſumpta ex nā egritudis ē debilis ⁊ deſpecta p cōpatōem ſignificatōis ſumpte ex nā mēbri: ⁊ reſiduū eiꝰ eſt intellectū qō ipe nūerauit in illo. manifeſtū ē igit᷑ p illō qō dixit: qꝛ opꝫ vt ponas ſpēm in oī egritudine cōpoſita ex ſpēbꝰ diuerſ. nā ſi egritudo eſt cōpoſita: aut fit ab egritudine alia ⁊ eſt cū ea illa egritudo timoroſa donec cogaris pmittere ptē curatōis ⁊ poſtponere ptē eiꝰ: tūc ē medicatio plurꝭ compōnis. Et melior medicorū eſt cuiꝰ eſtimatio artificialis in h̄ eſt ppiquior

veritati: ⁊ nõ ꝑpaẜ illud niſi cũ multitudĩe ſtudij in opa
tõe hui⁹ artꝭ ⁊ bõitate ſcie ꝓcedẽtis p ingeniũ ſanitatis.i.
megathegni: ⁊ reliqua que ſunt neceſſaria ĩ arte medicĩe
Et ꝓpter illud opoꝛtet vt medic⁹ ſit remẽoꝛãſ foꝛmatõis
bone velocis ſolertie ſani intellect⁹ bone viſiõis. 155

S Vfficiet autẽ manifeſte ut in uno
exemplo faciam⁹ oꝛatõem.ampli
us eni de his omnib⁹ in terapẽticis dici
tur litteris. Subiaceat igiẜ in exemplo
alicui influere pti multitudinẽ ſanguis
ut diſtendanẜ que ſm ptẽ ſunt uaſa nõ
magna ſolũ ſed etiaꝫ pua ꝑus effugien
tia uiſioneꝫ. Ex plenitudine uero nũc
apparẽtia quẽadmodũ in oculis uideẜ
manifeſtũ aliquãdo ꝓpter albedinẽ tu
nice oculoꝛũ: cõueniẽs uero eſt alia ua
ſa minoꝛa his que dicta ſunt uaſiſ diſtẽ
di repleta: nõdũ uero ea appere ꝓpter
puitateꝫ: ⁊ piculũ eſt effundi aliqd ma
gnum reſudans ex uaſis in eas que in
medio ſunt regiones uacuas aut effu
ſum iam eſſe aliquid puum.

E T ſufficit nunc nobis ut narrem⁹
rem unã quã ponam⁹ exemplum
quo ſignificeẜ id quod eſt pꝛeter illud: ⁊
loquamur in toto illo ſermone latioꝛe
in hoc in libꝛo de ingenio ſanitatis. po
ne ergo ꝙ trahaẜ ad aliquod membꝛuꝫ
ſanguis mult⁹ donec tendanẜ uene que
ſunt in eo: ⁊ accidit ex eo tẽſio in uenis
magnis ⁊ in uenis puis que erant ꝑus
occulte a ſenſu: deinde fit ꝙ apparẽt ꝓ
pter repletõem eaꝝ: ſicut uidem⁹ illas
uenas apparere in oculis multotiẽs ꝗſ
tegebat albedo: ⁊ foꝛtaſſe etiam uene
alie ſtrictioꝛes illis uenis tendũẜ cauſa
repletionis eoꝝ: ⁊ nõ apparẽt pꝛopter
conſtrictõem earum. ⁊ quãdo illud eſt
foꝛtaſſe reſudat ex uenis aliquid ⁊ effũ
ditur ad loca uacua que ſunt inter par
tes membꝛoꝛũ: ⁊ fit quod currit ad ea
res parua ⁊ euacuatur.

E Xpoſuit Gal. hoc ſmone q̃litatẽ gnãtõis apo
ſtematis.ſ.q̃r gnãẜ apoſtema in coꝛpe. docet g̃
p illud ſpẽm ſignificatiõis ſumpte ex apoſtẽate
ſm medicatõem ſuã: deinde oſtendit q̃r fiat hec ſignifi
catio diuerſa p diuerſitatẽ mẽbꝛoꝛũ. fit g̃ totũ qꝺ ipe di
xit in hac dictõe exñs exemplũ de quo ipe eſtimat ꝙ ſuf
ficit ei in ſignificatõe ſup illud qꝺ neceſſariũ eſt in medi
catõe. iſte g̃ ſmo ẽ ꝓncipiũ ptiũ exempli. ⁊ apã qdẽ gnãẜ
in mẽbꝛo ſm hũc modũ: qñ accit malicia ꝯplõnis ĩ qui
buſdã mẽbꝛis: aut impelliẜ ad ea ſupfluitas ex membꝛo
foꝛtioꝛe eis. ⁊ qñ nõ põt hoc mẽbꝛũ expellere eã a ſeipſo
ſtat ſupfluitas in eo ⁊ fit ex illa apoſtema in membꝛo. ⁊
via gnãtõis ei⁹ in mẽbꝛo ẽ vt atrahaẜ ad mẽbꝝ ſanguis.
ſi ergo nõ ẽ in ſanguĩe ex humoꝛib⁹ aliꝗs vicẽs magꝭ apã
generaẜ ſanguineũ: ⁊ eſt qꝺ noĩaẜ phlegmõ. ⁊ ſi magis ẽ
vincẽs cholera rubea ſup ſanguinẽ: gnãẜ ex ea apoſtẽa
quod noĩaẜ heriſipila. ⁊ ſi ẽ magis vincẽs hu. melic⁹: ge
neraẜ ex eo apoſtema durũ. ⁊ ſi ẽ magis vincẽs phlegma
generaẜ ex eo apoſtema molle. ⁊ ſi eſt vincẽs ex eo chol.
ni. aduſta vehemẽtis aduſtiõis: etiã generaẜ ex ea cãcer.
⁊ ſi eſt ſanguis g̃ſſus phleumatic⁹ inflãmat⁹ vehementis
aduſtiõis generaẜ ex eo apoſtema qꝺ noĩaẜ carbo ⁊ car
bũcul⁹: ⁊ eſt illud qꝺ appellaẜ oſtracũ aut teſteũ. ⁊ ſcðm
hoc exemplũ diuerſificãẜ materie apoſtematũ ⁊ puſtula
rũ que ĩ cute appent eſt etiã diſpõ hec. Deinde ſi ſan. qñ
trahiẜ ad mẽbꝛuꝫ implenẜ ex eo vene magne ⁊ vene pue
donec pueniaẜ ad minoꝛes puas venas que ſũt in eo: tũc
qñ vene fiũt plene vt videẜ reſudat ex poꝛis earuꝫ ad illud
qꝺ ẽ in circuitu eaꝝ ex locis vacuis qꝺ implet etiã illa lo
ca vacua que ſunt inter ptes mẽbꝛi: tũc fit ex aggregatio
ne illi⁹ apoſtema. ſi ergo accidat vt ꝓhibeaẜ ei⁹ expiratio
accidit inde vna duaꝝ rerum aut vt infrigideẜ aut vt pu
treſiat ⁊ igniaẜ: ergo aggregat ſaniẽ. ⁊ curõis ei⁹ ſũt due
vie. vna eaꝝ ẽ gnãtõis ꝓhibitio: ⁊ illud fit ante cõplemẽ
tũ ei⁹ gnãtõis. ⁊ altera ẽ digõ ei⁹ poſt cõplemẽtũ genera
tiõis. Et Gal. quidẽ memoꝛaẜ in ꝑmis vie qua ꝑpaẜ phi
bitio generatõis eius donec nõ aggregeẜ ſanies ⁊ nõ ac
cidat ab eo apoſtema aliud ſicut febꝛis ſequẽs collectio 156
nem ſaniei in apoſtemate magno ⁊ dicit:

H Uiuſmodi uero paſſiõis curatio
habebit qdeꝫ ꝯſideratõem p eua
cuatiõem: ut uero dicam⁹ manifeſti⁹ ex
pte euacuatiõem: qñ paſſio erat in eo
ꝙ repleta eſſet ps immoderate.

D Ico ergo ꝙ hui⁹ egritudis curati
onis intentio nõ eſt niſi eũatio: ⁊
meli⁹ ⁊ manifeſti⁹ eſt ut dicam eũatõeꝫ
partis eiuſ q̃ eſt in mẽbꝛo: qñ hec egri
tudo nõ accit niſi ꝓpterea qñ mẽbꝛuꝫ
eſt repletum repletõe ſupflua.

I Am dixit in eo qꝺ ꝑterijt ꝙ canõ in medicatiõe
repletõis ſupflue ẽ eũatio eq̃lis: ⁊ nos oñdimus
cãm huĩ ſmonis. ꝓpter illud ergo dixit in hoc ſmone 157
euacuatõem ptis eius quod ẽ collectũ in mẽbꝛo.

N Eceſſariũ autẽ eſt aut p recurrẽs
euacuari ſupfluũ: aut p ipſam pa
tiente ptẽ. rurſus igiẜ recurret aut per
pulſum: aut p tractũ: aut p trãſmiſſuꝫ
aut ſm aliquod hoꝝ: aut ſm omia.

E Uacuatio illius ſupfluitatis ſan
guinis fit neceſſario: aut ita ut re
deat retro: aut ita ut currat ex mẽbꝛo ĩ
quo eſt egritudo: ⁊ reditio ei⁹ retro fit:

aut ita ut impellaꝰ: aut ita ut attraba
tur: aut ita ut currat ꝑ duaſ res ex iſtis
quas narrauimꝰ ꝑ eas omēs.

Declarauit Gal. ꝑ hūc ſermonē ꝙ euacuatio ptꝭ
eius quod collectū eſt ex ſanguine in mēbro fir
mato fit ꝑ duas res: quarū vna eſt vt reducaꝰ donec re
deat ad illud quod eſt poſt ipꝫ: ⁊ altera eſt vt euacueꝰ ex
mēbro ipo ſicut ſi ꝑforeꝰ membrū apoſtemoſum ipſum.
deinde dicit reditōem ſanguis ad illud quod ē poſt ipm
⁊ dicit ꝙ redit ita vt impellaꝰ ad poſteriora: aut ita vt at
trahaꝰ: aut ita vt currat paulatim: aut ꝑ duas ex iſtis tri
bus: aut ꝑ treſ eas omnes. ⁊ manifeſtū eſt ꝙ impulſio fit
ꝑ confortatiōem mēbri cum medicis apocruſticis: ⁊ ꝙ
attractio fit aut per ventoſas: aut per medicinas attra
ctiuas: aut ꝑ phlebotomiā ex latere diuerſo. 158

Per ipam aūt que patiꝰ partē eua
cuabitur: hoc quidem manifeſte
⁊ ſenſibiliter: hoc uero per euaporatio
nes extenuatum.

Et euacuatio eius ex mēbro i quo
eſt egritudo alia eſt que fit ꝑ uiā mani
feſtam ſenſibileꝫ: ⁊ alia eſt que fit ita ꝙ
ſubtiliaꝰ donec fiat uapor.

Poſtq̄ꝫ dixit vnā duarū rerꝫ quibꝰ euacuaꝰ illud
qđ collectū ē in mēbro ⁊ ē id ꝑ qđ redit ſanguis
retro vel ad poſteriora ſua. dicit etiā in hoc ſmone: illud
ꝑ qđ eūaꝰ ſan. ex ipo loco leſo: ⁊ dic ꝙ illđ fit duabꝰ rebꝰ
qrū vna ē appēs manifeſta ſic carraxatio ⁊ aptio ⁊ phle
botomia. ⁊ altera ē occulta inſenſibil̄ ſic oꝑatio medicia
rū q̄ ſubtiliāt ſan. donec fiat vapor q̄ reſoluiꝰ ex porꝭ mē
bri. Iā.n. docuit q̄ ſit nā aꝑatis: ⁊ accepit ex ea ſignificati
onē ſuꝑ hoc ꝙ opꝫ vt euacueꝰ illud qđ collectū ē in mem
bro ꝑ duas res tm̄. vna earꝫ eſt vt ſan. redeat ad poſterio
ra ſui. ⁊ altera ē ita vt euacueꝰ ex ipo mēbro. ⁊ ꝑ illud de
clarāt poſt hoc qualr̄ diuerſificaꝰ hec ſignificatio ſcđm
medicatōem ꝓpter repletōem ⁊ dicit: 159

Si igitur fuerit totuꝫ corpus ple
ctoricū non oportet per ipaꝫ par
tem patientē euacuare. ſi eniꝫ carraxa
tionibꝰ ⁊ inciſionibꝰ ſenſibiliter euacua
uerimus partes dolētes: attrahemus
propter dolorē amplius. ſi uero calefa
cientibus diaforeſim aggreſſi facere fue
rimus: trahemus per calorē amplius
in parteꝫ patientē q̄ꝫ diaforeſim facia
mus. ſi uero uelimus recurrere cogere
quod influxū eſt: nō recipiet plenū cor
pus exiſtēs. ad utraqꝫ igitur hec opor
tet euacuare totum corpus aut contra
rio trahere omnino ad alias regiones
quod eſt influxum patienti parti. hoc
enim patiente repellere a parte prius:
deinde diaforeſim facere aggredi. pa
rationꝫ.n. euacuatio quāto ꝑ maiora.

Uerūtamē quando totū corpus
repletuꝫ eſt: tunc non oportet ut
euacues ſuperfluitatē ex mēbro in quo
egritudo. quod eſt: quia ſi tu coneris
ut perfores ipſuꝫ donec egrediatur ſu
perfluitas ex eo: ⁊ euacues ipſum eua
cuatione manifeſta ſenſibili: accidet in
ipo per illud dolor ⁊ attrahetur cauſa
illius doloris ad ipſum materia plus.
Et ſi tu coneris reſoluere illam ſuper
fluitatem cum medicinis calefacienti
bus: attrahetur ad ipſum per calidita
tem iparum medicinaruꝫ plus q̄ꝫ ſit il
lud quod reſoluiꝰ ex eo. Et ſi coneris
etiam ut cogas illaꝫ rem que currit ad
membruꝫ ut redeat: non recipiet illud
corpus propter repletōem ſuam. Pro
pter iſtas ergo duas res ſimul oportꝫ
ut euacuetur corpus totuꝫ: deinde at
trahitur illud quod ex eo currit ad mē
brum ad loca contraria ei. Cum ergo
feceris illud: tūc conare in ꝑmis ut im
pellas ex illo mēbro ſuperfluitatē retē
tam in eo: deinde conare poſt illud eaꝫ
reſoluere. naꝫ euacuatio eius tunc obe
diet tibi cum facilitate: quoniā eſt tunc
cum meatibus latioribus.

Docet in hꝰ ſmone Gal. qualr̄ diuerſificeꝰ modꝰ
ſignificatōis ſcđm ſignificatōeꝫ. Et ex illo ē qꝛ tar
daꝰ curatio egritudis donec ꝯpleaꝰ curatio eiꝰ qđ ē ante
ipam: ⁊ oñdit illud ꝑ viā reſolutōis ꝑ ꝯuerſiōeꝫ. qđ ē: q̇a
ponit aꝑa in corꝑe exēplū. deīde dicit: Si tu curas aꝑa
ipm attrahes ſuꝑ infirmū maliciā magnā. nā ſi tu cona
ris vt euacues mēbꝛ eūatōne ſenſibili ſic ſi ꝑfores ipm ⁊
ex ipſo euacues ſuꝑfluitatē ſeqꝰ oꝑatōem tuā hāc dolor
vehemēs ꝑ hꝰ ꝙ tu frāgis ꝑtē mēbri: ⁊ dolor attrahit ad
ipm ex corꝑe māꝫ qđ ē plꝰ q̄ꝫ illđ qđ euacuaſti ex eo ꝑ
ꝑforatōem. ⁊ ſi tu conaris vt euacues ex ipo eūatōe occl̄
ta a ſenſu: ⁊ ponas ſuꝑ ipm mediciaſ calefaciētes vt fiat
illud qđ ē in eo vapor q̇ reſoluiꝰ ex porꝭ attrahūt ad eū il
le medicie calitate ſua ex corꝑe māꝫ q̄ erat plꝰ q̄ꝫ illđ ſit
qđ eūaꝰ. Iaꝫ g̊ ē mōſtratū ꝑ hoc ꝙ nō opꝫ vt cureꝰ aꝑa
corꝑe repleto cū eo qđ euacuat māꝫ ex ipo mēbro. ⁊ ipe
oñdit ꝙ nō opꝫ vt reducaꝰ ad poſteriora ⁊ dicit: ꝙ ſi co
neris etiā vt reducas illud qđ currit ⁊ collectū ē in mē
bro donec redeat ad poſtēiora ſui nō recipiet illđ corpꝰ
ꝑꝑ repletōem ſuā. poſtq̄ꝫ g̊ docuit ꝙ eūatio eiꝰ qđ colle
ctū ē in mēbro nō ē necīa corꝑe repleto: dixit ſcđm ſemitā
ꝯclōnis. ꝑꝑ g̊ iſtas duas res. ſ. qñ iā deſtruūꝰ due res qbꝰ
eūaꝰ ſan. ex mēbro: quarꝫ vna ē reductio ſan. ad poſterio
ra ſui. ⁊ altera ē eūatio eiꝰ ex ipo mēbro dixit: opꝫ vt eua
cues totū corpꝰ in ꝑmis. ſ. ꝓpterea ante oēꝫ rē: ⁊ euacua

totū coꝛpus donec eius repletio remoueat̄: aut ꝑ phle/
botomiā ſi poſſibile ē illud in eo:aut ꝑ vētoſas ſuper ca/
uillas:aut ꝑ medicinā ſoluentē humoꝛē nocentē: aut ꝑ
fricatōem ⁊ exercitiū ſm ꝙ exigit illiꝰ diſpō.poſtꝙ̄ ergo
ceſſauit a declaratōe eiꝰ dixit etiā: ⁊ oꝫ poſt eūatōem coꝛ
pis totiꝰ vt attrahas illō qō currit ad mēbꝝ ad loca alia
cōtraria mēbꝛo.nā ꝑ illō ꝓhibebis curſū ad mēbꝝ qn̄ ſā
guis fit currēs ad mēbꝝ diuerſum:cuiꝰ ē exemplū: ſi apa
eſt in manu dextra:attrahat̄ ſan.ad manū ſiniſtrā ⁊ ecō
trario. ⁊ ſi eſt in pede dextro:trahe ſan.ad pedē ſiniſtrū:
⁊ ecōuerſo.⁊ ſi eſt ſurſum:trahe ſan.eiꝰ inferiꝰ ex latē qō
eſt in directo ipſiꝰ.⁊ ſi eſt ante:trahe ſan. retro ⁊ ecōuer
ſo in alijs omnibꝰ ſimil'r. nā poſtꝙ̄ euacuas coꝛpꝰ totuꝫ
qn̄ faciſ attractōem diuerſam:reſoluit̄ mā̄ ⁊ ꝓhibet̄ attra
ctio ⁊ effuſio ad mēbꝝ ipm̄.inqt g̊: qum g̊ ceſſaueris ab
hoc toto:redibis tūc ad mēbꝝ ipm ⁊ incipe ita vt coneri
reductōem ſan.donec redeat ad poſterioꝛa ſui.quꝫ ergo
ceſſaueris ab hoc:conare poſt illud vt reſoluas illud qō
remanet in eo de ſanguīe. Inqt ⁊ illud qō facies ex iſtis
duobꝰ.ſ.reductōe ſan.retro ⁊ reſolutōe eiꝰ qō remāſit ex
eo:obediet tibi cū facilitate:qm̄ meatus facti ſunt latio/
res: ⁊ coꝛpꝰ recipit illud ⁊ nō remanet mā̄ quā attrahas
ad ipm. Cōſidera g̊ qual'r accipis curatōem apatis ipſiꝰ
ꝓpter repletōem coꝛpis donec p̄cedāt eā due ſpēs cura
tōis.quarū vna eſt eūatio coꝛpis totiꝰ.⁊ altera eſt reſolu
tio mā̄e cū attractōe diuerſa.Et Galienꝰ quidē determi/
nauit poſtꝙ̄ ipe docuit illud ꝑ quod fit illud per quod
fit eūatio ſan.ex membꝛo ipſo ⁊ dicit: 160

Repellemus autez a patiēti parte
ſi infrigidemuſ ⁊ ſtiptica appona
muſ:ſed euacuata ipā uaſa quod repel
lit̄ ad ſeipā attrahēt. Oſtēſum enim ē ⁊
hoc ꝑ phyſicarū uirtutum oꝛatiōem: ⁊
trāſmittēt uaſa ꝯfoꝛtata ſtipticis phar
macijs.ſi igit̄ omne ita recurret rurſus
bn̄ ſe habebit ꝑs.

Expulſio tua qua illud expelles a
mēbꝛo quod currit ad ipſum fit ꝑ
hoc ꝙ cōſtrigis ⁊ infridas ipm ⁊ ad ue
nas etiā q̄ euacuāt̄ attrahit̄ illa reſ quā
euacuas a mēbꝛo infirmo.⁊ iam oſten
dimus illud in libꝛo de uirtutibꝰ natu
ralibus.⁊ quando tu euacuas uenas q̄
ſunt in mēbꝛo infirmo cū medicinis ſti
pticis:conuertis illā ſupfluitateꝫ a mē
bꝛo infirmo ad illud quod ē poſt ipm.
⁊ quādo tu facis illud: tunc ſi redit ad
coꝛpus totū quod currit ex eo ad illud
mēbꝝ infirmū:tūc bn̄ eſt.

Docuit Gal.in hoc ſermone qual'r repcutit̄ illud
quod eſt in mēbꝛo collectū vel colligit̄ donec re
deat ad poſterioꝛa ſui ⁊ dixit:qm̄ ꝑs eiꝰ redit ꝑ attractio
nē diuerſam: qm̄ attractio diuerſa trahit illū ſan.ī vēas
ad poſterioꝛa eius.⁊ iteꝝ quādo cōfoꝛtas mēbꝝ ⁊ qō in
eo ē ex venis cū medicis q̄ infrīdāt ⁊ ſtipticitatē faciūt:
impellis illud qō collectū ē in eis ex repletōe ad poſteri
oꝛa ſui: ⁊ redit illud cū facilitate:qm̄ ex eo qō ē poſteriꝰ
eis ex venis eūata eſt iaꝫ repletio.ꝓpter illud ergo recipit
illud quod redit ad ipm:tūc ſi redit ad coꝛpꝰ totū qō cur
rit ex eo ad illud mēbꝝ:tūc erit bn̄. ⁊ ſi nō redit ad totū
illud: indiget illud qō remanet ex eo vt euacuet̄ ex ipſo
mēbꝛo.⁊ ipſe hāc diſpōem exponit ſecūdā ⁊ dic: 161

Relicto uero aliquo ſupfluo in ꝑte
roꝫ qdē ſignificari hoc cōglutino
ſum eē aut ſpiſſum:⁊ ꝓpter hoc compa
ctum eē indiſſolubiliter.poteſt igitur ⁊
non tale exn̄s in eas q̄ in medio ſunt re
giones effundi:tūc igit̄ iā ē tēpus ueni
re ad euacuādū illud ꝑ ꝑtē patiētē ſup
ponētes ſupꝛa iacētibꝰ ꝑtibuſ apocruſti
cas influētiū uirtutes.

Et ſi colligat̄ i mēbꝛo aliquid ex ea
tunc opoꝛtet ut ſcias ꝙ illa res q̄
colligit̄ in ipſo ē uiſcoſa aut groſſa:⁊ ꝓ
pter illud figit̄ ⁊ inuiſcat̄ ⁊ remanꝫ etiā
in membꝛo : ⁊ fit difficilis eius reſolu
tio:⁊ poſſibile eſt ut non ſit ita: ⁊ ē cau
ſa in fixione eius ⁊ permanētia ipſius
in membꝛo quod currit ex uenis : ⁊ fit
inter membꝛa ſimiliū partiuꝫ: ⁊ eſt ho
ra illa in qua neceſſe eſt tibi ut euacues
illud ex ipō membꝛo quando tu ponis
ſup ipſum quod ē ſupꝛa illud mēbꝛum
medicinas que expellūt illud quod cur
rit ad ipſum.

Declarat Gal.in hoc ſmone cāſ in remanētia eꝰ
quod remanet in mē bꝛo ex ſan.poſt reditiōem
eius quod redit ex eo ad poſterioꝛa ſui:deinde docet me
dicatōem eiꝰ ⁊ dicit:ſi eſt ſan.qui remanet intra venas q̄
ſunt in mēbꝛo:tunc illud ē qm̄ ꝑ viſcoſitatē aut groſſitu
dinē eiꝰ figit̄ in venis minutis ⁊ inuiſcat̄ in ipſis: ⁊ fit dif
ficiliſ eiꝰ reſolutio.⁊ ſi nō eſt intra venas:tūc cauſa rema
nētie eius in mēbꝛo eſt:q̄a egredit̄ a venis ſm ſemitā re/
ſudatōis: ⁊ ꝑuenit in vacuis locis mēbꝛoꝝ ſimiliū partiū
que ſunt in circuitu venaꝝ.ſ.i carne.poſtꝙ̄ ergo docuit
cām in remanētia eiꝰ qō remanet ex ſan.in mēbꝛo dixit:
tūc neceſſe ē tibi apud hoc vt euacues.illud ex illo mem
bꝛo ⁊ nō coneris illud facere redire ad poſterioꝛa ſui. et
quādo vis eūare illud ex ipſo mēbꝛo :tūc pone in pꝛimis
ſup illud quod eſt ſupꝛa mēbꝝ leſum ex mēbꝛis illud qō
expellat illud quod currit ex eo ad mēbꝛum . naꝫ ſi non
facis hoc nō fis ſecurꝰ etiā q̄n trahat̄ ad mēbꝝ ſan.alius
ꝑ hoc ꝙ euacuas illud quod eſt in eo ex eo ipſo: ⁊ ſigni/
ficat per membꝛa que ſunt ſuper mēbꝛa ex quibus venit
nutrimentū ad membꝛū. 162

Euacuatio uero fit maxime ſi ſm
medias regiones ſignificet̄ conti
neri aliquid ꝑ caraxatiōes ſimul ⁊ per
pharmaca diafoꝛetica.

Euacuatio fit ꝑ ꝑforationẽ ⁊ per medicinas reſolutiuas precipue ſi eſtimas ꝙ in locis q ſunt inter mẽbra ſiliũ ꝑtiũ ſit aliqd cõtẽtum.

Uult ꝙ euãtio ipſiꝰ mẽbri fit ꝑ ꝑforatõem ⁊ medicinas reſolutiuas. ⁊ diſtinguit inter vtraqꝫ ⁊ dicit: ꝙ medicine reſolutiue ſunt magis iuuatiue q̃ ꝑforatio quãdo reſudat ex ſan. aliq̃d ⁊ ꝑuenit ĩ locis vacuis qui ſunt inter mẽbra ꝯſilia: ⁊ oñdit ꝙ ꝑforatio adminiſtrat̃ qñ nõ cõfert opatio medicinaꝝ reſoluẽtiũ: ⁊ qñ cõgregat apoſtema ſaniẽ: ⁊ qñ eſtimat medicꝰ ꝙ ſi remãſerit ſanies putrefiet mẽbrũ velociter. ꝓpter ergo cũ ꝑforatione anteq̃ accidat ſuꝑ membrũ nocumẽtum aliquod maius: ⁊ intrat ſub ꝑforatione ſcarificatio mẽbri ipſius aut appoſitio ventoſarũ ſuper ipſum: aut phlebotomia vene ĩ ipſo. 163

Sed qñ diaforetica omnia calida ſunt uirtutibꝰ: eiꝰ uero craſeos eſt opus mordere quãdo imoderate ſunt calida: obſuãdũ in eis ne omnia ſint nimis calida: ⁊ maxime ſi in ſuꝑficie corꝑis fuerit mẽbrũ quod patit̃. dolebit eni nõ paꝝ ſi ſimul patit̃ ⁊ mordet̃. Et omis dolor ꝓuocat reuma. mediocrit̃ igit̃ calido anodino in his utendũ eſt: ⁊ magis ſi humidũ ſit.

Et medicinaꝝ reſoluẽtiũ omniũ cõplexio calida eſt: ⁊ ex opatione huiꝰ cõplexiõis eſt mordicatio qñ ẽ ſuperflue calitatis. opꝫ igit̃ ut caueas in his locis uſum medicinaꝝ qbꝰ ẽ calitas fortis ꝑcipue ſi mẽbrũ infirmũ eſt ꝓcedẽs appẽs. nã ſi tu adminiſtras ſilia iſtis ex medicinis donec aggreges ſuꝑ ipm cũ egritudine ipiꝰ mordicatiõeꝫ: accidit in eo ex dolore res nõ ꝑua: ⁊ ois dolor ſtimulat ⁊ attrahit mãm. ergo medicina cũ qua eſt calitas equalis eſt q̃ nõ facit in hmõi mẽbris dolorẽ: ⁊ ꝑcipue ſi ẽ cũ illa humiditas.

Iſte ſermo eſt intellectꝰ. docet eni in eo ꝙ medicine reſolutiue ſunt calide: ⁊ qr opꝫ vt ſit calefactio eaꝝ que calefaciũt mẽbrũ calefactio equal̃: ⁊ qr opꝫ vt ſit cũ caliditate eoꝝ equali hũiditas. ſ. hũectãs etiã: ⁊ caliditas quidẽ eq̃lis ⁊ hũiditas eq̃lis ſũt int̃ q̃s ⁊ calitatẽ mẽbri ⁊ hũiditatẽ eiꝰ eſt aſſimilatio: ⁊ ſunt magis addite paꝝ q̃ in q̃titate ꝑtis gradꝰ ꝑmi. 164

Et tñ ſufficiẽs eſt diaforeſim facere in ſuꝑficie ſi nõ uehemẽs ſit diaforeticũ pharmacũ. Si uero ea que in ſuꝑficie ſunt ſine paſſiõe oĩo exiſtãt: in ꝓfundo uero ſit ps euacuatõe indigẽs intendere ⁊ augere oportet diaforetici pharmaci uirtutem ⁊ caliditatẽ. euaneſcit eni deficiẽs ꝑus q̃ꝫ ad ꝓfunduꝫ ueniat: neqꝫ tamẽ ledet aliquid ea que in ſuꝑficie attiget: quoniã nõ paſſa ſunt. itaqꝫ ⁊ nũc in idipſum utraqꝫ accidũt ad calidorũ ſimul ⁊ acrioꝝ uſum medicaminũ ⁊ q in ſuꝑficie ꝯſiſtẽtia ſunt ⁊ q̃ in ꝓfũdo indigẽtia. hac igit̃ ex põne ꝑtis accipiamus oſtẽſionẽ.

Et ſufficit nobis medicina reſolutiua quãuis nõ ſit fortis in reſolutione mẽbrorũ ꝓcedẽtiũ poſitorũ in eo quod appet de corpe. ꝙ ſi mẽbra extrĩſeca egritudinẽ nõ habẽt: ⁊ mẽbruꝫ q̃d indiget euacuatõe eſt in ꝓfundo ſbmerſum: tũc oportet ut cõfortet̃ medicina reſolutiua ⁊ addat̃ in calitate eius: qm̃ nõ fit ſecuritas qn debilitet̃ ⁊ deſtruat̃ uirtꝰ eius anteq̃ꝫ cõſequat̃ ⁊ ꝑueniat ad ꝓfundũ corpis: neqꝫ timet̃ ſuꝑ loca exteriora quibꝰ occurrit ex ea nocumẽtũ qm̃ nõ habẽt egritudinẽ. Jam ergo cõueniẽs res ẽ ex duobꝰ modis ſimĩl in adminiſtratiõe medicinaꝝ q̃ ſunt caliores ⁊ acriores ꝓpt̃a ꝙ mẽbra appẽtia tolerãt eas ⁊ mẽbra iteriora indigẽt eis: ⁊ hãc ſignificatõeꝫ ſumpſimꝰ ex loco mẽbri.

Iſte eſt modꝰ alius ſignificatõis quẽ ſumpſit ex loco mẽbri. nã ſi eſt appens ꝓcedẽs: medicine q̃ calefaciũt ⁊ humectãt cũ equalitate ſunt ſufficientes ei. ⁊ ſi eſt intrinſecũ vel longinquũ: indiget vt addat̃ in caliditate medicine ⁊ humiditate eiꝰ ꝑ quãtitate: qua contrariet̃ ei virtus eius ⁊ iam diminuta eſt vſq̃ quo cõſequat̃ equalitatẽ. ⁊ ſmo eius in hac ſignificatiõe intellectus eſt quãdo multũ intẽdit̃ ſignificatio in eo. 165

De hinc uero intendamus ſi deeſt aliquid ad curatõem.

Et oportet ut ꝯſideremꝰ an remãſerit aliqd ex eo quod neceſſariuꝫ eſt in curatõe.

Ca. ilꝫ in curatõe apoſtematis. 166

Uidet̃ aũt deeſſe nõ paꝝ. ſ. poꝝ. n. mẽbroꝝ que patiũt̃ in quibꝰ ẽ ſuꝑfluitas reumatis: quedã rara ⁊ laxa et mollia ſm nãm ſunt: quedã uero ſpiſſa ⁊ ſtricta ⁊ dura.

Et uidet̃ mihi ꝙ remanēt res non
pauce. qđ eſt: quia ex membꝛis in
firmis in quibꝰ ē ſupfluitas q̃ ad ea cur
rit: alia ſunt que ſūt rara in nã ſua laxa
mollia: ⁊ alia q̃ ſūt uiſcoſa ſpiſſa dura.

Vult ꝙ modus curatiõis ⁊ medicatiõis fit diuer
ſus etiam ſm diuerſitatē membꝛoꝝ̄ in raritate
⁊ lenitate ⁊ ſpiſſitudine ⁊ duricie ⁊ fluxibilitate
⁊ ſubtilitate. 167

Prioꝛa igit̃ facile euacuãt̃: altera
uero acrioꝛibꝰ indigent euacuato
rijs ⁊ medicaminibꝰ euacuãtibus ea: ⁊
eis q̃ ſunt leptomera. ſi uero ⁊ ſm mul
tã poſita ſunt ꝓfunditatē: ampliꝰ aūt ⁊
magis indigēt hiſ: hec igit̃ rurſus oñſio
altera eſt a ſb̃a patiētis partis.

Quodcūqꝫ ergo ex mēbꝛis eſt ſm
modū̃ pꝛimū̃ euacuat̃ uelociter: ⁊
quod eſt ſm modū̃ ſecundū̃ indiget ut
euacuet̃ medicinis que ſunt acutioꝛes
illis: ⁊ indiget ut ſint ille medicine ſub
tilioꝛes. ꝙ ſi cuꝫ illo ſint ille partes ſub
merſe ualde poſite in pꝛofundo: tunc
ſunt magis indigētes illo multū̃. Con
ſerua ergo hunc moduꝫ ſignificationis
ſcđm curatiõem ſumptã ex ſubſtantia
membꝛi infirmi.

Modus pͥmꝰ eſt vt ſint mēbꝛa rara flura leuia: nã
qđ in iſtis eſt euacuat̃ velociter: ſufficit ergo eis
ex medicinis reſolutiuis debiles ex iſtis medicinis. ⁊ mo
dus ſecūdꝰ eſt vt ſint mēbꝛa ſpiſſa viſcoſa dura. difficile
eſt enī vt qđ in iſtis ē euacuet̃: q̃pꝛopt̃ indiget ex medici
nis reſolutis q̃ ſunt foꝛtioꝛes ⁊ ſubtilioꝛes: ⁊ q̃to plꝰ ſūt
lōginqoꝛa in ꝓfūdo indigēt eo qđ ē vehemētioꝛis v̄tutꝪ
⁊ pluꝛꝪ ſubtilitatis. Jaꝫ ergo diuerſus ē ⁊ iſte modꝰ cura-
tõis ſm diuerſitatē diſpõnis mēbꝛoꝝ. 168

Alia uero a plaſmatõe ⁊ põne.

Et ſumit̃ ſignificatio alia ſm cura
tioneꝫ ex foꝛma mēbꝛi ⁊ cõmuni
tate eius ad aliud.

Intelligit̃ ꝙ non ſufficit in ſignificatiõe ſm mo-
dum curatõis totū̃ illud quod ꝑmiſimus donec
fiat ei cõpar etiaꝫ ſignificatio ſumpta ex foꝛma
membꝛi ⁊ cõmunitate eius ad aliud. Et Galienꝰ quideꝫ
ponit huic capitulo exemplū̃ quo exponit illud: ⁊ ꝑſcru
tatur exquiſite ſermonē in eo. 169

Supponatur enim ſi ita accidat in
epate pꝛedictã eſſe diſpoſitiõeꝫ in
anguſtis finibus uaſoꝝ conſtrictis hu
moꝛibus aut conglutinoſis aut ſpiſſis
aut multis: igitur ꝓmptuꝫ eſt uti cibis
⁊ potibus extenuãtibus: ſpiſſitudineꝫ
quideꝫ pꝛimuꝫ ⁊ glutinoſitatē tenuem
efficere: ſecūdo uero nõ per inuiſibiles
uias ⁊ anguſtas ſoluꝫ ut in alijs parti
bus: ſed per poꝛos ⁊ per uias amplas
euacuare: ampliſſime uero ſunt ſm ep
uene queadmoduꝫ ⁊ plurime. finiūtur
uero he quidem in gibbis ad kilim: he
uero in ſimis ad pilam. itaqꝫ iaꝫ tibi fa
cillimū̃ in quibuſcūqꝫ fuerint ꝯſtrictio
nes euacuare pꝛõpte eas trahēti quidē
in uentrē per trahētia medicamina qui
cunqꝫ humoꝛū̃ cõſtricti erãt ſm eas q̃
in ſimis ſunt uenas: ad urinas uero cõ
uertēti per kilim uenã quecūqꝫ ſm eas
que in ea ſunt uenas.

Pone ergo ꝙ egritudo quam dixi
mꝰ paulo añ acciderit in epate: ⁊
quia iam inuiſcantur in extremitatibꝰ
ſtrictis uenaruꝫ que ſunt in eo humidi
tates uiſcoſe ⁊ groſſe ⁊ multe. dico er
go quia quando illud eſt ſubtile: facile
eſt ut adminiſtrētur cibi ⁊ potus ſubti
liantes ⁊ ſubtiliētur in pꝛimis cum eis
groſſitudo ⁊ uiſcoſitas: deinde eūetur
res nocitiua non per uias ſtrictas que
non uidetur tm̃ ſicut euacuãtur aliqua
membꝛa: ſed per uias amplas. quod
eſt: quia uene que ſunt in epate ſunt ex
latioꝛibus uenis: ⁊ ſunt pluris numeri
earum. ⁊ que ſunt ex illiſ uenis ĩ gibbo
ſitate epatis pꝛoueniūt ad uenam ma
gnam que nominatur pꝛofunda: ⁊ que
ſunt ex illis uenis in latere epatis cõca
uo pꝛoueniunt ad uenaꝫ que nominat̃
poꝛta: ⁊ ꝓpter illud facile fit quando
accidit in uenis epatis in quocunqꝫ du
oꝛum lateruꝫ fuerit uiſcoſitas: ut eua
cuet̃ ſupfluitas facienſ illud cū̃ qualibꝫ
re parua ⁊ adiutoꝛio eius paruo. Qū̃
ergo hūiditaſ inuiſcata eſt in uenis que
ſunt in latere epatis cõcauo attrahas
eam ad uentreꝫ cuꝫ medicinis attracti
uis ⁊ quãdo inuiſcata eſt in uenis que
ſunt in gibboſitate epatis euacua ipſaꝫ

Q per urinam ex uena profūda.
Quādo accit apoſtema in epate ꝓpam⁹ ꝛ euacu
amus corp⁹ totū. ꝛ ſi eſt vicens ſan. tūc per phle
botomiā. ꝛ ſi eſt humor chol'. tūc ꝑ illud qḋ educit chol'.
ꝛ ſi eſt hu. melācholic⁹: tūc ꝑ illud qḋ educit meliam. et
ſm h̓ exēplū in reliq̄s. ꝛ accit poſt illḋ attractio diuerſa.
Deinde ꝯſidera: nā ſi inuiſcate ſūt in extremitatib⁹ venaꝝ
ei⁹ ſtrictaꝝ hūiditates viſcoſe aut gſſe aut multe: admini
ſtram⁹ cibos ꝛ pot⁹ ꝯuenīētes. ſ. ſubtiliātes vt ſubtilieť ꝑ
eos gſſitudo ꝛ viſcoſitas i ꝑmis: deīde euām⁹ p⁹ illḋ illḋ
qḋ collectū ē in epate. ſi g̊ ē illḋ i gibboſitate epat] cona
mur euāre illḋ ꝑ vrinas. ꝛ ſi ē i cōcauitate epat]: cōamur
euāre illḋ ꝑ medicias attractias. ꝛ ſilr facim⁹ in emplis
q̄ ponim⁹ ſuꝑ ipm. ꝛ ſi tu fuer] remēorās totū qḋ p̄teriit:
tūc itelliges ex teipo ſmonē Ga. ipe. n. ē itellect⁹ nō indi
gēs expōne. ꝛ nō dixit: cibos ꝛ pot⁹ ſubtiliātes i abſterſio
ne ei⁹ qḋ iuiſcatū ē in epate niſi ꝓptea ꝙ medicatio cibi
ꝛ pot⁹ eſt melior medicatōe q̄ ē cū medicis. ꝛ determiabo
determiatōe ampliori hac illḋ ꝑ illḋ qḋ ſeq̄ť ex ſmone i
capitulo epatis. ꝛ meliores cibi ſubtiliātes eꝑ ſūt cappa
res cōditi cū aceto: ꝛ aqua ſimile hordei. ꝛ meliores pot⁹
ſubtiliātes ſūt ſecaniabī ꝛ q̄ currūt curſu hoc. 170

A Altera uero cōſideratio in hiſ que
predicte ſunt oſtēſiōibus ab epa
te quaſi a pricipio uenarū. quoniā uero
nō ſeipſum ſolū queadmoduz plurime
animalis partes regere natū eſt ſed im
mittit ſuam uirtutez uenis. periculum
enim eſt ſi diſſoluamus eius uirtutem
embrocis ꝛ cathaplaſmatibus calaſti
cis: ꝛ ipſum principiuz debilitare circa
operatōem ꝛ imbecilles omnes uenas
efficere: unde admiſceri oportet ſtipti
corum aliquid pharmacorū in curatio
nibus eius.

E Et ſumiť cum eo quod narrauim⁹
ſignificatio alia ſm curatōem epatis ꝓ
ꝑterea: quia ipm eſt radix oīm uenaꝝ.
quod eſt: qa quz regimē eius nō ſit ſibi
ipſi neceſſariū tm̄ ſicut maior ꝑs mem
broꝝ: ſed effluat ex eo uirtus in uenis
nō ſit ſecuritas ſi mollificam⁹ uirtutez
eius infundēdo ipm cū oleis ꝛ cum ad
miſtratōe empl'oꝝ mollificātiū ꝛ reſol
uētiū qn debiliteť ipm i ꝑmis i opatiōe
ſua: deīde debiliteť ipi⁹ debilitate omēs
uene: ꝛ ꝓpter illud oz ut miſceāť cuz eo
quod ponim⁹ ſuꝑ epar quedā medicine
ſtiptice.

I Iſte ē mod⁹ ali⁹ ſignificatiōis ſumpte ex virtute
mēbri. quz g̊ epar ſit mēbrū ꝑncipale ꝛ ꝑncipiū
nālīū v̓tutū: ꝛ ſit ex canonib⁹ euātōis ei⁹ quod collectuz
eſt in mēbro poſitio medicinaꝝ reſoluētiū ſuꝑ membꝛuz
declarat Gal'. hoc ſmone ꝙ iſte canon ſit in mēbris ꝑn
cipalib⁹ diuerſus quādo iſta mēbra egent vt cōſeruētur
v̓rtutes eorū ſuꝑ ea. ꝛ ꝓpter illud oportet vt miſceāť cuz
medicinis reſoluētib⁹ quedā medicine confortātes. ꝛ me
liores medicine confortātes ſunt que ſunt ſtiptice et in
quib⁹ eſt aromaticitas ſicut eſt roſa ꝛ xiloaloes ꝛ ſanda
li ſm ꝙ ipe oſtēdit in hoc ſmone. 171

S Sed qm̄ i ꝓfundo ꝑiculū eſt diſſol
ui ſtiptici uirtutē ſi nō deducatur
ab aliqua ſba leptomeri qualis eſt aro
matū: melius uero eſt ſi ipſum ſtipticū
pharmacū ſtati ſit ꝛ arōaticū. Inſitas
eni duas habēs qualitates ꝛ uirtutes
fortius opabitur.

E Et qum ſit locus epatis locus lon
ginqꝫ profunditatis nō ſit ſecuri
tas qn debiliteť uirtus medicine ſtipti
ce ꝛ deſtruať antequā ueniat ad ipſuz ſi
non ſit cū illa ſubſtantia ſubtilis faciēs
eā peruenire ſicut eſt natura reruz aro
maticarū. ꝛ meliuſ quidem eſt ut medi
cina ſit aggregans duas res. ſ. ut ſit ſti
ptica ꝛ aromatica. nam quādo ipſa ag
gregat has duas uirtutes: eſt eiuſ ope
ratio fortior.

I Iam preterijt expoſitio huius ſermonis in eo qḋ
preteritum eſt. 172

I Igitur euacueť quod quidez ꝑter
naturā in partē illatū eſt ut habe
at contrapantiā humoꝝ ſm naturā. con
ſiderandū igiť nobis in hoc ne aliquid
a reumatis qualitate immutatū ſit ſm
craſim. ſi igiť magis erit phlegmaticū:
infridatuz eſt. ſi uero eſt magis choleri
cuz: calefactū eſt. ut ꝛ hāc ei⁹ diſtpātiā
ſanātes ꝑfecte ſanū relinq̄m⁹ illḋ: ſana
bim⁹ uero cōtrariā adducētes q̄litatē:
queadmodū in diſtemperātiarū dictū
eſt curatōibus.

P Pone ergo ꝙ tu euacuaſti rem que
erat i hoc mēbro cōtēta ſm diuerſitatē
rei nālis: ꝛ rediit ab iequalitate chimo
rum ad rem naturalē. oportꝫ ergo apō
illud ut tu cogites ꝛ cōſideres ut nō ſit
complexio epatis mutata ex qualitate
illius humiditatis que erat retenta in
ipo: ꝛ infridatuz ſit epar ex ea q̄ndo fu
it phlegma: aut calefactū ex ex ea ſi ſu

erit ex genere cholere donec rectifices cõplexionez eius ſi eſt corrupta: ⁊ facias ipm redire ad ſanitatẽ reditiõe integra. ⁊ rectificatio cõplexionis eſt ut intromittas ſup ipſuz qualitatẽ cõtrariã ei ſicut iam diximꝰ in curatiõe complexionis male.

Intellige illud qȝ dixit i epate in h ſmõe i reliqs mẽbris i quibꝰ fuerũt apata: nã tu idiges pꝰ euatione mãe ⁊ eradicationẽ eiꝰ ex illo mẽbro vt ꝯſideres mẽbꝝ: nam ſi accĩt iaȝ ab illa materia i eo malicia cõplõniſ tũc remanet i curatiõe eiꝰ medicatio hꝰmõi egritudis. ⁊ ſmo Ga. eſt itellectꝰ: ꝯſidera ğ ipm. 173

IN quantũ uero unũquodqȝ ſcꝫm eſt calidius intantũ infrigidãteſ. Itaqȝ hic rurſus neceſſariũ eſt ſcire eã que ſcðm naturã eucraſiaȝ eius. Quo modo eni ſciemꝰ quantũ ab eo quod ſꝫ naturã eſt frigidius aut calidius: aut quãdo infrigidãtes ceſſabimus: nõ cognoſcẽtes modũ eius que ſm naturaȝ caliditatis: ita uero ⁊ ſi frigidius ſcꝫm eſt calefaciamus: non cognoſcẽtes moduȝ eius que ſcðm naturã frigiditatis impoſſibile eſt nobis neqȝ calefaciẽs inuenire medicamen cõueniẽtẽ: neqȝ calefacientes ceſſare.

ET oportet ſi ſit calefactꝰ ut ſit quãtitas infrigidatiõis noſtre qua infrigidamꝰ ipſum per quantitatez que ẽ calefactũ ſcilꝫ per quantitatẽ quam addit ſuper cõplexionez equalẽ eſt neceſſariuȝ i hoc etiaȝ ut ſis ſciens equalitatẽ naturalẽ in hoc membro. quod eſt: qa ſi tu non ſcis quantitatẽ caliditatiſ epatis naturalis non ſcies quantũ ſit nũc calidius cõplexione ſua naturali: neqȝ quantuȝ oportet te ceſſare ⁊ abſtinere ab eius infrigidatiõe. ⁊ ſimilr ſi infrigidatꝰ aliquod membrorꝫ: ⁊ intẽdis ut calefacias ipȝ: deinde neſcis quãte quantitatis ſit frigus eius naturale: nõ peruenis ad ſcientiã medicine cum qua oportet te calefacere ipm ꝓprie: neqȝ potes ſcire quãdo oportet te abſtinere ⁊ ſtare a calefactione eius.

